









1696.

1. Albinus, Bernhardus : De pleuritis de vera.
2. Albinus, Bernhardus : De parte difficili.
3. Beermannus, Jo. Christoph : De bellis domini
- 4<sup>o</sup> Coccejus, Henricus : De prohibitionibus feudali-  
2 Saep. 1696. - 1739
- 5<sup>o</sup> Coccejus, Henricus : De curiositate legati proficis.
- 6<sup>o</sup> Coccejus, Henricus : De successione nepotum  
2 Saep. 1694. - 1735.
7. Coccejus, Henricus : De jure ejus, quod facti est,  
modo quoque illius amittendi.
8. Schulze, Petrus : De venditione necessaria.
9. Strimesius, Samuel : Non homo agendo suam  
ipsius felicitatem, citra peccatum in humilitatem  
committit, intendere potest?



10. Willenberg, Samuel Fridericus: De modestia  
Advocati



*Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a title or header.*





1696, 56 74.

DISPUTATIO SOLENNIS JURIDICA,

Occasione L. 3. §. 9. vers. *Curiosus esse debet Creditor  
quo vertatur pecunia. ff. d. in rem verso.*

52 71

DE

# CURIOSITATE LEGALI PROFICUA,

QVAM,

DEO ITA DISPONENTE,

*Ex Autoritate Magnifici Jctor. Ordinis,*

IN ILLUSTRIS HAC VIADRINA,

Dirigente

## DN. HENRICO COCCEJO,

JCTO CELEBERRIMO, SERENISS. atq; POTENTISSIMI  
ELECTORIS BRANDENB. CONSILIARIO, FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO, & PROFESSORE PRIMARIO,  
ANTEA, SUMMICONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI,  
& COLLEGI REVISORII ASSESSORE, IN ACADEMIA HEIDELBERG.  
DECRETAL. PAND. & JUR. GENT. PROF. P. ORD.

DOMINO & PATRONO SUO COLENDISSIMO,

P R O

GRADU DOCTORALI,

Anno 1696. D. Maji, horis Ante- & Pomeridianis,

Publicæ Eruditorum Censuræ submittit & sistit

### JOANN. ERNEST. de LETTOW.

Francofurti ad Oderam, recusa An. 1710.



DISPUTATIO SOLEMNIS JURIDICA

De Curiositate  
pro curiam hanc in hanc

# CURIOSITATE LEGALI PROFIQUA

DEO ITA DISPONENTE

Ex Auctoritate Magistri Honor. Ordinarii  
IN ILLUSTRI HAC VIADINA

Dominice

## DN. HENRICO COCCOJO

OTO CELEBERRIMO, SERENISS. IMP. POTENTISSIMI

ELECTORIS BRABANT. CONSILIARIO, FACULTATIS

JURIS CONSULTO & PROFESSORI PRIMARIO,

ANTERIORI CENSUI STATUS PUBLICI BRABANT.

REGULI ET REVISORI ASSessori IN ACADEMIA HILDEBRUN.

DIETALI PANO & UR. CENS. FROM. ORD.

DOMINO & PATRONO VNO COLLEGIAND.

P. R. O.

### GRADU DOCTORALIS

Annos & D. Madi. hanc hanc & hanc hanc

Publici Eruditionum Censuræ hanc hanc & hanc

## JOANNI ERNESTO DE LEFTOW.

Eruditionis ad hanc hanc hanc hanc hanc



## PROLEGOMENA.

**E**Xulasse, maximamque capitis deminutionem, Mundo jam senescente, passam esse antiquam fidem & integritatem, à Tacito *L. de Morib. Germanor.* ejusque Commentatore Jodoco Willichio, ob cordis & oris sinceritatem & condimentum, adeò in eis predicatam, quis nisi causarum forensium expers negaret? Et licere fallere & falli à tempore pœnitendi esus pomi, quo primam calliditatem serpens in Protoplastis exercuit, apud omnes Gentes, ex consensu utentium jamdum venit in legem; Temporibus quoque subinde secutis malitia crevit adeò, ut eorum Tempore Imperatores optimi Antonius & Severus in *l. 2. C. de Furi.* calliditati humanæ connatæ obviam ituri, aliud monitum Providâ circumspèctione res suas gerere volentibus commendare magis nequiverint, quam illud: Curandum esse cautius negotiari, ne in damno incidant, scituri, Leges Civiles non negligentibus & dormientibus *l. 26. ff. ex quib. causis major.* vel etiam apertis oculis hallucinantibus, Joseph. Mascardus de *Probat. Vol. 1. concl. 675. n. 9. & 10.* sed vigilantibus, nec non oculatâ fide & manu utentibus scriptas esse. *l. 24. ff. qua in fraud. credit. l. 21. ff. de Pecul.* Tamen hæc præsertim ætate in ea malitiarum sorditie, omnisque nequitici congluvie vivitur, ut oræ simplicitate columbina, prudentia serpentum commendanda foret: Etenim, quæ hinc inde in Voluminibus Juris totoque æquitaris corpore, in testimonium facti, minimè verò Juris approbationem adducuntur, v. gr. sæpe à contrahentibus æs pro auro subjici, *l. 36. ff. de pignor. act.* in instrumento pignora sua esse falso scribi, *l. 4. ff. de Stelion. l. 21. ff. ad l. Corn. d. fals.* opulentum quem se gerere, ut eò

PROLEGOMENA.

4. <sup>4</sup> majora nomina conficere valeat, l. 43. §. 3. ff. de furt. ut res minoris veniat, falso tristitia & fatalia proferri. l. 1. §. 2. ff. de Eo per quem fact. quo min. rem venalem, quo emtor cupidius incendatur, dolose exornari. Menoch. d. A. J. Q. cas. 381. n. 23. Idem bis exigi. l. 57. d. R. J. ut quis de possessione decedat falso persuaderi. l. 31. ff. de Dol. mal. &c. ea, inquam, hodie adeo, ut ajunt, practlicantur, ut iterum iterumque hujus rei praesidium quaeratur ex eo quod in finistram partem sinistrè accipitur ait Pomponius in l. 16. §. 4. ff. de Minorib. Scire deceptos debuisse, contrahentibus licere, (etsi h. l. verbum licere aliter explicet Grot. l. 2. c. 12. §. 16. n. 1. Mantic. de Tacit. & Ambig. Conv. L. 4. Tit. 20. n. 57.) se invicem circumvenire. Nec non Paulus J. C. in l. 22. §. fin. ff. Loc. conduct. Naturaliter concessum esse invicem se circumscribere.
6. <sup>5</sup> Hoc, viso religiosiores LL. interpretes, doli boni & solertiae laudabilis specie multa palliari, cum tamen coram DEO & justitia iniquum sit, malitiam suam alicui esse lucrosam, & alteri decepto simplicitatem damnosam, l. 1. ff. de Dol. mal. Mev. P. 3. D. 124. num. 6. pro avertenda iniquorum versutia, Cautelas praescribere, inter quas Barth. Capolla, Conrad. Bredexodii, Th. Ferrarii, Joh. de Arnono, Roimond. Fickardi, & D. Sam. Strykii aliorumque eminent;
7. Ast licet haec via circumventis succurrendi DD. admodum probata, tamen negari nequit eas solum operari, ne ex contractu quem inivi ex postfacto difficilis vel inanis actio nascatur, cum & J. C. tifs. Dn. Stryk. d. Caut. Contr. Sect. 1. c. 1. §. 5. Cautelas remedia esse dicat; Verum Medicina magis probatur quae sanitatem integram conservat, quam quae collapsam restituit, Verba sunt Perillustr. Dn. de Rhetz. de Damn. Volunt. c. 5. th. 1. multumque prudentiores illi, qui signa in pejus vergentis Patrimonii scrutarunt, quam qui remedia quaerunt & adhibent, verba sunt, Menoch. de Praesumpt. lib. 6. praef. 28. n. 7. & utr. Dn. de Rhetz. l. c. c. 5. th. 6.
9. Atque hinc puto, contrahentibus magis proficere, si eis inculcetur, quam circumspeditione & prudentia, antequam ad contrahendum vel agendum accedant, uti deceat, quam ut serotenus ad Cautelarum & remediorum angustias redigere se patiantur, cum Jurisprudencia nostra ipsa fateatur, in l. 1. C. quando lic. unicuique l. 5. C. in quib. caus. in integr. l. 4. C.

4. C. ad L. Cornel. d. Sicar. melius esse occurrere quam post exitum remedium querere. Hic occurfus verò consistit in sagaci contrahentium conditionis, pariter ac rei in negotium deductæ investigatione ac perquisitione, speciali expressione CURIOSITAS à DD. dicta, eamque non solum permittunt, sed & quod magis, vid. Gvillh. Grot. c. 2. §. 10. commendant jura. Adpositè enim ut duos solum quorum numero juxta l. 12. ff. de Testibus, alias pluralis locutio contenta est, adducam, loquitur Illustris Dn. Struvius, Præceptor olim meus, cujus ex præscripto l. 9. ff. de Obsqv. Par. & Patr. præst. & cineres mihi sacri sunt, in Synt. Civil. Exam. 27. th. 23. In Contrahentibus Leges quandoque Curiositatem desiderant. Nec non B. Tabor magni nominis itidem Jctus, ad Barbos. Thef. Jur. lib. 19. c. 19. ax. 1. Curiositas nunquam culpabilis, sed nonnunquam necessaria est, daß einer etwas gretlich ist. Adhoc ne videar contra Nov. 18. c. 5. solum auctoritate Doctorum non etiam legum locutus, Practicæque quid asservisse quod in lege non habetur. Carpz. Pr. Crim. p. 2. qv. 62. n. 42. ipse JC. Ulpian. in hanc rem loquitur: Curiosus esse debet Creditor quo vertatur pecunia. in l. 3. §. 9. ff. de in rem vers. vid. Brunnem. ibid. n. 10. Quare hac legitimatione secundis velis progredior ad ipsam tractationem, & quidem ad

10

11

12

## Caput I.

### Generalia Curiositatis Legalis Proficuae, occasione vocum exhibens.

**N**Atales rubri mihi vindicatur, ex præscripto Jcti acuti non minus, ac Philosophi subtilis Senecæ, Neronis Consiliarii Intimi & Consulis Romani. vid. §. 4. I. de Fideic. hered. competit vocum similitudines primum distingvere ne vocabulorum amphibolia disputari decipiamur. Sen. lib. 1. Epist. 45. fol. 600. Verum cum temporis, chartæ, & quod maximum lectoris patientiæ ratio habenda sit, me expediam pro ea, quæ materiæ hoc permittit gravitas, brevitate, ita ta-

1

2

A 3

men

Disputatio Solennis Juridica;

9

men, ne incuriose negligens, tum ne curiosè diligens fuisse videat eo magis cum ex mente Dn. Stryk. de Civit. oberata c. 1. n. 2. accuratior verborum usu receptorum anatomia, curiositatem magis vanam, quam proficuum sapiat.

3

Descendit vero Curiositas à curiosus, curiosus vicissim (licet mihi Grot. §. 16. Proleg. ibique Ziegler. fol. 10. imitari) pro Matre agnoscit vocem curam, Cura interim dicitur quasi cor urat, sic coqui curis homines dixit Cic. d. Senect. in pr.

4

Sumitur quidem Curiositas non unâ eademque significatione tam in Jure, quam in scriptis Philosophorum, sicut & verbum curiosus; Interdum enim in malum, interdum in bonam flectitur partem. Sic accipitur pro inordinato appetitu plura perscrutandi quam sciri fas & opus est, ut Curiositas sciscitandi à Diabolo in P. Cottano Jesuita. Excellentiss. Dn. Becman. Praecog. Moral. cap. 4. fol. 46. Curiositas primorum Parentum Gen. III. 6. Tactus curiositatis gratia, apud Dn. Stryk. de Jur. Sens. D. 7. c. 5. n. 23. Curiositas Candaulis Lydorum Regis, Gygen amicum suum ad Reginam nudam videndam adstringentis. Herod. l. 1. c. 3. Celeberr. Dn. Becman. l. c. Porro Jurisprudencia improbat planè divinandi Curiositatem. l. 5. C. de Malefic. & Math. Delatoriam Curiositatem l. 5. C. de Fur. & fact. ignor. indeque in hoc sensu JC. Paulus l. 19. ff. de Novat. vult, scientiam rei interdum dissimulandam esse, ne curiosus videatur. vid. elegantiss. Mantic. de Tacit. & Ambig. conv. L. 8. T. 13. n. 2. & 17. At ne sedulo monente Grot. l. 1. c. 3. §. 10. n. 1. incauti decipiamur ambiguo nominis sono aut rerum externarum specie, in hâc tractatione Curiositatem sepositis adductis, sumemus bono sensu, quali significatione & Cicero latinittatis Monarcha, in Orat. 10. utitur: Est homo non solum prudens sed & curiosus: Nec non approbative Ulpianus, ille legum prudentum coryphæus, ut in l. 13. §. 2. ff. de Excusat. tutor. vocatur, l. 3. §. 9. ff. de in rem vers.

5

6

Curiosus esse debet creditor quo vertatur pecunia. Jung. Struv. Tabor. Mantic. Brunnem. supra citati. Hoc tamen monendum extare in Cod. lib. 12. tit. 23. integrum Titulum qui inscribitur de Curiosis. Verum est hoc nomen officii quod gerebat is, qui delicta ad Magistratum deferebat, & ea quæ contra quietem publicam

7

com-

com-



*De Curiositate Legali Proficua.*

com missa erant, curiose peruestigabat. Brunnem. ad l. 1. C. de Curiof. v. 2. Perez. eod. num. 8. & coincidebat eum alicubi receptis delatoribus criminum, Rügemeistern / vid. Theodor. Colleg. Crim. Disput. 3. th. 15. lit. C.

Vocis Curiositatis æquipollentia sunt; Sollicita cura. l. 3. §. 2. ff. de Administr. & per. tur. subtilis perscrutatio. Nov. 72. c. 7. diligens inquisitio. l. 9. §. 2. ff. de Jur. & fact. ignor. scrupulosa inquisitio l. 6. ff. ibid. cauta diligentia l. 5. C. de Offic. Magistr. Milit. studiosa cura Nov. 72. præfat. subtilis investigatio l. 10. §. 5. ff. de Question. diligentia anxiosa l. 17. ff. de Jur. Patron. Imo simpliciter dicitur diligentia, sic in l. 17. ff. ad Sc. Vellej. verbum diligentiorum explicat Gothofred. lit. P. per curiosiorem. Item verba l. 7. §. 1. ff. de Exercit. ad. diligentiam creditorem præstare debere, explicat Gothofr. lit. P. curiositatem à creditore desiderari, adde l. 19. ff. de Novat. ibique Goth. lit. P. l. 13. C. si cert. per. ibique Goth. lit. L.

Describimus verò Curiositatem Legalem Proficua, etsi omnis definitio in jure dicatur periculosa, l. 202. ff. de R. 7. quod sit solertia laudabilis, in negotiorum civilium sine damno subeundorum obveneritibus circumstantiis ita indagandis, ut alteri non noceat sagacitas mea, mihi tamen ut prudentiæ moniti proficit contracturo, legibus non solum permissa sed & concessa.

Adjecimus legalem, ad innuendum quod habeat effectus juris, ita ut curiose vigilant, modò fiat ex permissione & præscripto legis, succurrat jus. l. 24. ff. que in fraud. credit. l. 21. ff. d. Pecul. e. jusque conditionem reddant meliorem, cum alias hæc ommissa si sibi non cavet, non debeat negligentiam suam ad alienam injuriam referre, l. 3. §. 2. ff. de Transact. sed potius damnum emergens negligentia suæ & nimia securitati tribuere. l. 203. de R. J. l. 46. §. 5. de Procurat. l. 44. §. 3. famul. herisc. l. 9. de Noxal. act. ita ut in paupertate vivere & cum leges inexorabiles sint. l. 4. C. d. Tabular. mori in anxietate i. e. sine auxilio legis manere debeat, ut explico, alias Legulejis famosam, Nov. 1. in fin. etsi sciam aliter quoque capi posse.

Dixi porrò Proficua, quia sicuti L. L. non prohibent prodesse sibi dum alteri non nocet; l. 1. §. 11. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arc. l. 2. §. 5. ibid. & damnum sibi imminens avertere. l. 1. ff. de Damn. insect.

infect. modo mea commoda cum alterius damno non promoveam, Dn. Stryk. de Cautel. Contract. Sect. 1. c. 1. §. 11. l. 206. ff. R. 7. Ita etiam hanc Curiositatem proficua, ut alias utilitatem innoxiam l. 2. §. 1. ff. de Aqv. & Aqv. pluv. accend. exercenti non averfantur, sed potius laudant l. 6. §. 7. ff. qua in fraud. credit. l. 24. vers. vigilavi, conditionem meam meliorem feci. ff. cod. Mev. ad J. Lub. l. 3. T. 1. 4. 3. n. 18. imò jubent & approbando rati habent. Mev. P. 3. Dec. 88. num. 5. uti ex l. 3. §. 9. ff. d. in rem vers. liquet, cui Parallelos jungatur, l. 17. ff. ad SCR. Vellej. l. 1. §. 11. de Separat. l. 9. §. 2. ff. pe Jur. & fact. ign. l. 7. §. 1. ff. de Exercit. act. Gail. lib. 2. Obs. 77. num. 3. Brunnem. ad l. 3. ff. de in rem vers. n. 10.

12 Hisce sepositis ad specialiora festinamus, curiosi pro virili Curiositates legales investigare. Per DEUM vero, Imp. exclamante in l. 3. C. de Sum. Trinitat. quia scribitur Justitia, inferbat hæc cordi meo Jehova, ne quid nisi justum scripserit reperiar. Sit itaque

Cap. II.

De Curiositate Legali Proficua,  
intuitu Juris Personarum.

CONCLUSIO I.

*Curiosi sint Principes Sangvinis & Agnati, ne in eorum præjudicium partus supponatur.*

1 **C**ontingit, & utinam non sæpius! magno Agnatorum, tempore feudi vacantis & ad Agnatos recaturi, detrimento, partus alienæ stirpis familiis supponi. l. 1. §. 4. ff. de Inspic. ventr. dum fœminæ vel Matres se simulant, vel revera gravidæ existentes, partum Regiminis vel feudi capacem subornant. vid. Illustr. Dn. Lynker. Antecessor meus colendisimus, d. Parr. Suppos. th. 2. & 4. Dn. Stryk. de Jur. Sens. Disp. 1. c. 1. n. 45. Imperator Jultin. verò optimè perpendens, publicè interesse, partus alienæ fordidæque Stirpis splendidis natalibus non subrogari, l. 9. C.



De Curiositate Legali Proficua.

de Quest. Nic. Reufner. lib. 3. Conf. 8. n. 24. & 25. ut familiarum ordinumque dignitas salva sit, l. 1. §. 13. ff. de Inspec. ventr. magnâ sollicitudine adhibita in id totus fuit, ut partum supponendi ansam legibuslatis præscinderet, ut anxia legum cura videre est ex l. 1. §. 10. ff. de Inspec. ventr. in quo fancivit, ut si gravidam se dicat aliqua, denunciatione factâ, is cuius interest, puta qui sperat successiorem vel ex testamento vel ab intestato, vid. Gothofr. ad l. 1. §. 12. h. r. l. r. E. quinque mittat mulieres simul ventrem inspicientes, grâvida verò comperta muliere, ante 30. dies quam parituram eam putat, mittat qui ventrem custodiant, & quidem hâc injunctâ custodibus pudicitia curiosâ sollicitudine, quo subtiles sint investigatores, uti l. 10. §. 5. ff. de Quest. alias loquitur, ne in conclavi in qua mulier paritura est, plures aditus sint quam unus, si sint, ex utraq; parte tabulas præfigant; quotiescunque mulier in id conclave, sive aliunde, sive in balineum ibit, id ante prospiciant, & eos qui introierint excutiant; Dein cum parturire incipiat, mittat quibus præsentibus pariat, & ne quid supponi possit, expellantur omnes mulieres in conclave, ne quæ remaneat fortè quæ prægnans sit, tria lumina accendantur nec minus, quia tenebræ ad subjiciendum aptiores sunt. Quod si Imp. & Jus Rom. tam scrupulosa observatione privatis familiis, etli in re tenui, conditione vili, periculo modico, cautum prolixè voluerint, quid dicemus de magnorum Principum Regumque familiis, quantopere cavendum ne eis spurius inferatur? Quid de ipsiis Regnis & Principatibus? ne inexpiabili furto, æternoque scelere justo Successori erepta, spuris sordidisve cedant. Prædictis scrupulosis ceremoniis verò, ut eas vocat Brunnem. ad l. 1. ff. de Ventr. inspic. num. 3. licet inter privatos repudium hodierna miserit Praxis. Dn. Stryk. de Jur. Sens. D. 1. c. 1. n. 44. Dn. Simon. Presid. Acad. Parr. 1. Disp. 12. c. 3. tamen inter illustres Reges inprimis Principes, quin & inter Nobiles, ne partus supponatur, vel interea ab alio mulier marito mortuo se imprægnari patiatur, & postea in mensis undecimi initio legitimi partus quærat asyllum, rem adhuc ipsam curiose observari constat. Hahn. ad Wesenb. h. r. n. 1. Perillustr. Dn. de Rhetz. de Occult. c. 2. n. 15. B. Struv. Ex. 30. th. 87. Dn. Stryk. de Salut. Publ. c. 3. n. 26. Sic in Anglia Principibus Sangvinis, penes quos Successionis spes, denunciatur vi legum fundamentalium Regni cum

- 8 cum tempus pariendi instat, ut videant in conclavi Regiam parientem. vid. elegantiss. Author des Neugeharnischren Engellands. f. 919. edit Noriberg. de a. 1690. Idem Leges Regni Gallici volunt, ut liquet ex scripto Gallico cui rubrum: *L'Etat de la France* fol. 55. sic enim ibi: *Comme les Princes du Sang ont interest à la Succession, quand les Reines accouchent, ils entrent par une prerogative speciale dans la chambre, de peur qu'on ne suppose un enfant.* Quæ igitur excogitari major iniquitas possit, quam si Galli partum incertum quem
- 9 adeo in Regia suo Domo horrent, aliis obtrudere velent? Ex quis negaret partum in Regia Domo absq; his cautelis editum, eoque saltem incertum, æque ac spurium, successione omni Jure Naturali & Gentium prorsus incapacem esse? In primis cum momento illo nascitur, quo nasci eum frustrata, diuturno satis tempore, expectatio & plurimorum annorum experientia vel uxorem sterilem, vel maritum impotentem ostenderat, imo omittendi prædictas Cautelas studium, tunc cum nasci debuit, non tam suspitionem fraudis, auxerat, quam fraudem probaverat.
- 10 Hinc illa curiosa diligentia quam post Facell. *Res. Sicul. Decad. 8. c. 1.* de Constantia uxore Henr. V. refert Gothofr. ad l. 1. §. 10. ff. de Inspec. ventr. l. P. Eam enim jamdum annosam, ne suspicio esset, utrum mentitam partum supposuisse, in medio Panormitana Ecclesie vestibulo tabernaculum sibi tendi jusse, ibiq; ventre custodito, & nocturno tempore, conclave publico sigillo obsignato, ab Imperatore, marito, nulla Matronarum exclusa, palam & populo spectante Fridericum II. Casarem enixam fuisse constat. Exempla noviora vid. apud Petr. Frodianum in Pandect. rer. judicat. Lib. 9. tit. 1. c. 8. fol. 485. & D. Lynk. de Parr. Suppos. th. 2. Romana; ap. Tacit. 5. Annal. c. 22. Quia vero non sufficit, Jurisprudentiam timendæ partus suppositioni contravenire, ni & ipsi, in quorû favorem leges latæ sunt, vigilant, ne fraus legi fiat, l. 29. ff. de Legib. Agnati & Principes Sangvinis, quin ipse maritus, in hac ad eos maxime pertinente causa omnem curiositatem in ventre & partu scrutando adhibebunt, ne quid subdoli accidat.

## CONCLUSIO II.

*Curiosus sit Sponsalia contracturus, ne spe divitiarum erronea fallatur.*

- 13 **S**ine femina aetatem agere et si non repugnet humanæ naturæ, repugnare tamen naturæ plerorumq; hominum, dicit Grotius 2. c. 2.

De Curiositate Legali Proficua,

§. 21. n. 1. Atque hunc instinctum porro simulatim moralitas, quæ per nuptias artificiose introducitur, Nov. 22. pr. diuturnitatis memoria, quæ ex prole in ævum relinquatur, l. 220. §. 3. ff. de V. S. sicque homo in liberis multiplicatur & perpetuatur. Nov. Leon. 26. Sed, quo plus periculi est ex Matrimoniis male contractis, eo ad bene contrahenda plus cautionis adhibendum, verba sunt, Mey. ad 7. Lub. l. 1. Tit. 4. ant. 2. n. 1. Et sane non minimam sagacitatem & circumspectionem adhibendam in hoc esse, evincunt tot Matrimonia penitenda, ubi nosteratibus vulgare ich hätt das nicht gemeinet / serò ingeminant. Interim verò deceptio fit dupliciter, vel Sponsus se ipsum fallit errore, dum eam quam amare animus est, vel ex specie externa, vel ex opinione vulgi ditissimam esse certò certius sibi persuadet, nec animi conceptiones de divitiis effert, sed retinet, Dn. Stryk. de Jur. Sens. Disp. 10. c. 4. num. 18. & ei opinione propria decepto, postea re non integra succurri nequit Hahn. ad Wesf. Tit. ff. de R. N. num. 8. eò quod non curatus ante consummata Sponsalia inquisiverit in bona & conditionem Sponsæ Dn. Stryk. ad Br. Jus Eccles. l. 2. c. 16. §. 13. Jam verò error fortunæ non vitiat Matrimonium per caus. 29. qv. 1. c. 40 Ludw. Ex 2. th. 5. lit. B. nec conditio in mente retenta quicquam operatur, l. 7. C. de Condit. ob caus. dat. l. 50. de Condit. indeb. secus si expresse dixisset, Ducam, te si tot thalerorum habes, c. 3. X. de Condit. appof. Joh. Bechstad. ad Condit. Sponsal. P. 1. c. 11. num. 36. nam tum Sponsi causa remediis juris redintegrari potuisset, quæ exhibet Paul. Cypræ. de Sponsal. c. 8. §. 5. Carpz. Jpr. Consist. l. 2. def. 22. num. 6. Quare cautius mercare, & nimium ne crede colori, ne tibi impuatur quod nimia credulitate, quam damnat l. 1. §. 2. ff. de eo per quem fact. l. 11. C. de Obl. & act. non à sponsa, sed propria incuriositate deceptus fueris, & si non moti in anxietate, at vivere in paupertate solamen erit.

CONCLUSIO III.

Curiosus sit nuptias contracturus, ne opimæ dotis spe facta, dolo fallatur.

**D**ehinc evenit, Sponsum falli dolo Sponsæ, vel eorum potius ad quos dotandi munus juxta Struv. Exerc. 30. th. 3. spectat, tot thalerorum expresse in dotem promittentium; ubi Doctores variant, & quidam distingunt, quod si dederit  
B 2 Dolus

- dolus causam Matrimonio, & non rei jam antea ad Matrimonium moventi accesserit, dolus impediatur matrimonium contrahendum, Paul. Cypræ. de Sponsal. c. 13. §. 58. Kitzel. de Matrimoni. c. 4. th. 16. Alii quod rescindat jamdum contractum. Verum si pure contractum, rectius negatur; rescindi, Vid. Concl. seq. Si adjecta conditione, dandæ certe dotis, deficit quidem ea deficiente matrimonium; sed id recte limitat Dn. Stryk. de Diff. un. desponsat. §. 11. & 12. si nondum accesserit B. Sacerdotalis, vel copula carnalis. Nec id absque fundamento juris, cum Dd. unanimi consensu probatum sit axiomata: Accedente Ben. Sacerdotali, Stryk. ad Br. Jus Eccl. l. 2. c. 16. §. 13. & copulâ carnali, Carpz. Jpr. Const. l. 2. def. 25. n. 2. censendum à conditione eos recessisse & pure contraxisse, per expressum c. 6. X. de condit. appof. Gerhard. Loc. de Conjug. §. 132. fol. 216. Cypræ. l. 5. c. 12. §. 15. Quare Sponsi erit ante B. S. perscrutari curiose, an dotem promissam subsequi, bona Soceri permittenda sint; Et hæc Curiositas ei adeo proficiet, quo Socerò consummationem urgente, dotemque promissam finitis nuptiis numeraturam spem faciente, jam de hâc Soceri vacillante edoctus, plus oculis quam auribus credere integrum ei maneat, sicque cogere possit Socerum, consulente Dn. Stryk. de Jur. Marit. in bon. uxor. c. 2. §. 3. Brun. ad l. 55. ff. de Jur. dot. Heriing. de Fidejuss. l. 6. num. 166. ad dotem ante nuptias, aut reverâ, vel fictè, fidejussoribus datis exsolvendam. Ac ne quis putet prædicta fallendi principia esse plebejorum propria, accommodari & Nobilibus quibusdam illæ poterunt, quibus sæpe solenne est, optimâ dote promissa invicem se circumvenire, adeo ut cum virgines, forsitan ob *πρόσωπα δια* quæ illis domi est, vid. Goth. ad l. 2. §. 1. ff. de Excusation. rutor. lit. M. maritatas volunt, aureos montes & ipsi pactis dotalibus inferant, ac ne quid solennium desse ardenti Sponso videatur, testes cum tabulario adhibeant, Dn. Stryk. de Jur. Marit. in bon. Un. c. 2. §. 1. Re. verò non amplius integrâ, & thalamò conscensò, non pro tenore pactorum dotalium, sed pro conditione feudi numeraturâ dos constituta. Mev. P. 2. D. 119. n. 2. Dn. Stryk. de Feud. Pomer. c. 2. th. 17. n. 4. & 5. Hartm. Pistor. cap. 7. quest. 37. n. 18. & in Pomerania nostra, quod juxta *Hintet*. Pomm. *Lehn*. Constitut. Tir. 3. §. 1. pro congrua dote determinatum. Novellus

De Curiositate Legali Proficua.

13

vellus maritus chartæ & pactis dotalibus confusus, instituit conditionem certi de dote promissa solvenda, Ast miser, audies exc. immodicæ & inofficiosa dotis, prudentioribus nobilibus optimè cognitam. Mev. P. 3. D. 366. n. 1. cum tuum fuisset, antea in conditionem feudorum & æ alienum ut plurimum latens curiosius inquirere, vel quod magis secure non prius B. Sacerdotali consummare nuptias.

8

CONCLUSIO IV.

Curiosa iidem sit Sponsa in divitiis, familia, & promisso characterè ante perquirendis, quam Matrimonium consummet.

**F**œminarum genus licet alias præsumatur callidum & subdolum. Kornman. de Jur. Virginit. c. 4. Accurf. ad l. 2. C. de his qui ven. atat. lit. M. nec non ad l. 4. ff. ad Ser. Vellejan. lit. A. indeque de Curiositate adhibenda admonere illas, superfluum videri posset; Attamen experientia testis, est nimium quantum! nimia credulitate eas decipi. Etenim amoris vi dum capi se patiuntur, (quod nihil vehementius esse ipse Imper. fatetur, adeo ut putet in Nov. 75. c. 4. eum furorem continere demum Philosophiæ esse perfectæ) Sponso familiam, characterem, divitias jactanti, ut Monacho Pater noster oranti, & Notario instrumentum conficienti creditur, Sponsalia non solum magna festivitate celebrantur, sed quod maximum, absque debita perquisitione, an characterem divitias vel simile quid etiam dolose mentitus fuerit, thalamum Jo! acclamantibus amicis conscenditur; His peractis & fraude detectâ contat, Sponsum chyrographis falsis usum ad ostentationem fuisse, quale per quam ridiculum quod novissime contigit factum, recenset. Dn. Balthasar J.C. Acad. Gryphisw. de Nupt. c. 3. n. 15. simulatâ dote puellam deceptam fuisse, quod nec ita pridem Lubecæ quoque contigisse testis est. Dn. Stryk. de Dissens. Un. Desponsat. th. 12. Magno licet famulitio instructum, eâ formâ patrimonium mentitum fuisse, ut hæc in rem exemplum Borussicum allegat Dn. Stryk. l. c. th. 12. Sed unde hæ lachrymæ? Nimis credula fuit, hoc averfatur Jurisprudencia. l. 17. C. de Oblig. & Act. l. 1. §. 2. ff. de eo per quem fact. quo min. Decepta est, hoc

1

2

3

4

5

6

7

8

hoc incuriositati tribuet *L. 21. ff. de Pecul. Matrimonium petiit rescindi, hoc in honorem Matrimonii difficulter impetrabit. c. 6. X. de condit. apposit. in despons. Urget hoc elegantissime Bernh. Suthold. Disp. 2. th. 52. & Didac. Covarruv. de Matrimon. p. 2. c. 3. §. 7. num. 4. Nam licet dolus divitiarum, & fortunæ, nec non reliquarum qualitatum impediatur Matrimonium contrahendum c. 26. X. de Sponsal. Carpz. l. 2. def. 204. num. 12. quia iniquum esset ut aliquis caperet fructum suæ calliditatis, vel ex dolo caperet patrocinium. c. 2. X. de dol. & contum. tamen leges non permittunt rescindi jamdum contractum. vid. Consistorialium experientissimus Joh. à Beuß. de Jur. Connub. P. 1. c. 10. Carpz. Jur. Consf. l. 2. def. 25. Gerhard. loc. de. Conjug. §. 132. Cum juris decisi sit regula: Multa impedire Matrimonium contrahendum, quæ non rescindunt contractum. l. 8. ff. de his qui sui vel al. jur. l. 8. C. de Repud. Hahn. ad Wesf. Tit. ff. de nupt. num. 3. Grot. l. 2. c. 5. §. 16. num. 1. & 2. It. §. 14. num. 4.*

II Equidem referunt hæc quidam ad leges imperfectas, quas extare etiam in nostro Corpore juris volunt, ut in l. 3. §. 4. de sepulchr. violat. l. 14. §. 14. de Religios. Pufend. de J. N. & G. l. 2. c. 6. §. 14. Grot. l. 2. c. 5. §. 16. num. 17. Verum nec aliàs necesse est eò confugere, nec eo pertinet, quod Matrimonium cui dolus causam dedit, contrahi impediatur leges, aut contractum irritum non reddant, etsi id putet Pufend. *El. Jurispr. l. 1. def. 13. §. 20.* Sed an nullum plane super est remedium juris, deceptis post contractas nuptias subveniendi? Ita quidem sentire videntur, & huc applicant ea, quæ à Præatore de contractibus circa bona & patrimonium initis, in edicto de dolo malo constituta sunt, Carpz. *Jurispr. Consf. lib. 2. def. 193. num. 13. & seq. Richt. Dec. 87. num. 21. & seqq.* Verum cum edictum illud de dolo malo, & quæ circa ejus effectus occurrunt distinctiones, ad læsiones & damna bonis illata pertineant; ad matrimonia non magis, quam ad libertatem applicari ea possunt, contra quæ restitutio plane non datur. l. 3. C. si adv. lib. l. 31. ff. de Minor. c. 4. in fin. X. de in int. rest. Et cum alia sit promissio matrimonii, alia divitiarum, consequens est promissis dolose divitiis, ad has petendas agi posse, non autem Matrimonium contractum rescindi. Neque verò Matrimonium, etsi ( ut dos quoque & donatio ) consensu fiat, inter contractus

Eius refertur; neque vel Istricti juris vel bonæ fidei videri potest; quæ distinctio tantum ad causas patrimonii, in quibus olim iudex dabatur, spectat. Prædicti verò autores de errore virginittatis quaerunt, non de bonis fortunæ: propter quæ non rescindi matrimonia, constans fere omnium doctrina est. *Beuff. de Jar. com. p. 2. cap. 34.* Apparet igitur, eo magis necessariam hic esse curiositatem sponforum, quò minus ejus neglectus contractis semel nuptiis reparari poterit.

## CONCLUSIO V.

*Curiosa sit Sponsa, ante copulam Sponsi vita castimoniam scrutari.*

Quamvis Curiositas de qua hætenus dictum, reciproca, & utriusque partis sit, inquirere, in vitia animi & corporis, & an etiam laboret morbo contagioso. *Carpzov. l. 2. def. 178.* furore *Carpz. l. 2. def. 132. & 183.* coeundi impotentia *def. 180.* quò vel abstinere sponsalibus, vel si hos defectus, quos callide dissimulari solere tentit *Richt. P. 1. Dec. 8. num. 3.* curiosa perquisitione ante B. S. defectos allegare possit, repudio locus fit. *Struv. Jurispr. l. 1. Tit. 9. §. 2.* tamen virginittatis investigatio magis *μονόπλευρη*, solique sponsæ, si cum Sponso impudico consuefcere nolit, necessaria esse videtur. Etenim Sponsus, ni ob virginittatem amissam Sponsæ gratiam concedere velit, & nuptiæ & Matrimonium rescinduntur. *Nov. Leon. 93. Carpz. l. 2. def. 187. num. 16. def. 193. num. 6. Paul. Cypræ. de Sponsal. c. 13. §. 44. n. 3.* quicquid contradicant canones *c. 29. qv. 1. in fin.* quorum argumenta porò collegit *Carpzov. Prax. Crim. p. 2. qv. 63. num. 47.* Cum ipsum Jus Divinum hoc nolit. *vid. Deut. XX. 21. Matth. I. 19.* nec hodie proci credere velint, proficere eis in remissionem peccatorum si meretricem vel vitiatam duxerint, *c. 20. X. de Sponsal. caus. 22. qv. 1. c. 14. Lancellot. Inst. 7. Can. l. 2. T. 12. §. 2.* Ast Sponsa, si illibatum adhuc appetat thori focium, nec ante in vitæ castimoniam inpuiffverit, hnet illa in curiositatem suam, & frustra solutionem matrimonii sperabit, prout

prout DD. unanimis est conclusio. Paul. Cypræ, l. c. cap. 13. §. 57. num. 2. Carpz. *Jurispr. For. P. 4. const. 20. def. 13.* Jpr. *Consist. l. 2. def. 188. à num. 1. ad num. 9.* Dn. Struv. *Ex. 29. th. 25.* Dn. Stryk. *ad Br. 7. Eccl. l. 2. §. 17. §. 25.* Instas, eandem à Viro quam ab uxore & sponsa requiri castimoniam, nec viro licere debere, quod Sponsa non licet. l. 13. §. 5. ad L. *Jul. de Adult.* Gvil. *Grot. c. 12. §. 3.* quæ lex quidem de conjugio jam inito agit, nec adeo obstat; At fateor tamen, ipse exclamarem, esse hoc durum, nisi constaret, innumeris modis crimen hoc gravius esse in muliere quam viro, ut patebit perpendenti partus suppositi pericula, damna & eventus consequentiasque in infinitum. Notum præterea est ex J. Civ. & quidem l. 1. C. ad L. *Jul. de Adult.* si Maritus carnaliter cognoscat virginem, Uxorem Adulterii (secus si saltem ad separationem & dotem repetendam agere velit, Carpz. *Prax. Crim. P. 2. qv. 52. num. 82.* Brunn. *ad d. l. 1. num. 3.*) eum accusare non posse, imo non nisi *καταχρηστικῶς* adulterium dici. l. 6. §. 1. ad L. *Jul. de Adult.* Gothofr. *ad l. 1. C. eod. tit. lit. O.* quia Maritus proprium thorum, dominus tamen thori qui est, inquinat, non alienum, Wesf. *ad Tit. ff. de R. N. num. 12.* Joach. à Beust. *de Jur. Connub. P. 1. c. 23.* Jus Canonicum ut fontes rei exploremus in c. *Si quis uxorem. 32. qv. 1. c. apud nos. 35. q. 5.* & P. H. D. *art. 120.* formam adulterii in violatione fidei statuit, & sic Maritus, licet non alterius thorum, tamen fidem conjugalem violat. Carpz. *Prax. Crim. p. 2. qv. 52. num. 69.* Jurisprudencia nostra vero adulterium contemplantur civiliter ratione pœnæ, ad thorum, ejusque integritatem tuendam, & pericula partuum suppositiorum amolienda statuta, eoque forma ejus, juxta l. 6. §. 1. ff. ad L. *Jul. de Adult.* ponitur in 10 suppositione partus & violatione thori alieni. Celeberr. Dn. Simon. *Præceptor meus cui omnia mea debeo, in Not. ad Gvil. Grot. c. 12. §. 3.* Petr. Theodoric. *Colleg. Criminal. c. 6. aph. 1. num. 12.* jam verò negari nequit his positis, uxorem adulteram & fidem & thorum Mariti violentem, longe gravius peccare quam Maritum, fidem non thorum alienum inquinantem. Carpz. *Jurispr. Conf. l. 2. def. 188. num. 8.*

CON-



## CONCLUSIO VI.

*Curiosus esse debet Desponsatus, in alterutrius partis absentis actionibus perquirendis, an etiam alibi & Sponsalia & Nuptias contrahat.*

**P**roclamationes è suggestu, Banna eas vocat, c. 6. X. qui Matrim. accus. c. 27. X. de Sponsal. uti Benedictionem Sacerdotalem, antiquitate non necessitate defendi unanimis Dd. est sententia, Carpov. Jpr. Consist. l. 2. Tit. 8. def. 139. & 137. Alii, etsi à necessitate absolutâ abstrahant, hypotheticam tamen urgent, ut ex Theologis B. Gernhard. Tom. 7. §. 47 ex Jctis Dn. Petr. Muller. d. Hierologia. Sect. 1. th. 6. Equidem, negari nequit, absque ea denuntiatione partum legitimum nasci, D. Stryx. Synt. Feudal. c. 3. aph. 3. num. 13. eam plane omitti. Carpz. l. 2. def. 137. vel etiam unicum sufficere posse. Carpz. def. 140. Sed cum Proclamationes sint instar Edictalis citationis, quâ incertus quisque contradictor citatur, ut veniat & impedimenta alleget, vel imposterum taceat. cap. 3. X. de Claudestin. desponsat. c. 27. X. de Sponsalib. c. 6. X. qui Matrimon. accusar. poss. jamdum à tempore A. C. 1139. in Concilio Lateranensi, ex illa introductâ causa, quò legitimis contradictoribus occasio innotescendi præbeatur, D. Hildebrand. de Nupr. Veter. Christ. sol. 65. male in hoc arduo negotio, ubi de præjudicio irreparabili cujusdam innocentis luditur unica solum adhibetur proclamatio, nisi, exemplo citationis peremptoriæ J. Civili ex l. 72. & 69. ff. de Judic. cognitæ, unum Bannum tempus trium simplicium citationum contineat. Dn. Stryk. ad Brunn. 7 Eccl. l. 2. c. 16. §. 6. Pejus verò proclamatio planè omittitur, nisi ubi jamdum constet, contradictiones canonicas planè adferri non posse, vel sponsalia quoque in notitiam hominum antea pervenisse. Dn. Muller. l. c. Sect. 4. th. 5. Et hæc ratio est non adhibitæ Proclamationis inter Illustres, cum eorum Nuptiæ facilius innotescant. Interim cum Denuntiationibus à Sacerdote subungi clausula, & soleat, & debeat, juxta Berlich. P. 1. Conclus. 76. Stryk. ad Brunnem. l. c. Wo jemand etwas darin zu reden / der ihue es bey Zeiten / oder enthalte sich hieneßst aller Einrede. Cujus effectus est, ut postea matrimonio consummatò, hoc

hoc impediturus non amplius audiatur. B. Struv. *Exerc. 29. th. 26. Mev. ad J. Lub. lib. 1. Tit. 4. arr. 3. num. 16. Jung. c. 6. X. qui Matrimon. accusare poss. hinc omnium, qui Sponsalia publica inivere, interest, curiosa diligentia, eo quod Sponsalia reiterata communiter clanculum & in occulto fieri testetur c. 2. X. de Clandestin. desponsat. observare, ne forte alibi, & Sponsalia & nuptias contrahat, atque cum Proclamatio Curiositati in subsidium cedat, suæ tribuet incuriositati cum audiverit aliis Sponsalibus, insecutisque nuptiis se præclusum.*

## CONCLUSIO VII.

*Curiosus esse debet Sacerdos, in copulari petentium conditione, & proximitate graduum exquirenda.*

- B**enedictione Sacerdotali & copula accedente, Nuptias Jure gentium ac Civili inceltas, invitis contrahentibus non debere rescindi sed tolerari Dn. Struv. *Ex 29. th. 50. Carpz. Jurispr. Consist. l. 2. def. 99.* quod tamen, præsertim ex ratione juris gentium, recte rejicit Brunnemann. *Jur. Eccl. l. 2. c. 16. §. 27. Haveman. Gamalog. Synopr. l. 2. T. 2. posit. 9. reg. 16.* Sponsalia posteriora prioribus jure potiori gaudentibus, hac accedente præferri. *Carpz. l. 2. def. 66. Paul Cypræ de sponsal. c. 10. §. 25. & 26.* Absque consensu Parentum contracta non rescindi, *c. 2. qv. 2. caus. 27. c. 6. X. de Condit. apposit. Schneidew. ad §. 2. J. de Nupt. n. 29.* nisi speciali Sanctione contrarium introductum, ut in Ducatu Brunsvicensi, & novissimè in Electoratu Brandenburgico per Constitutionem anno 94. publicatam. Postquam hæc inquam sententiæ fere ubivis receptæ, & juris perpetui factæ ut loquitur *l. 9. C. de Pign. aff.* Ecclesiæ Ministri ex necessitate officii, ni hoc abuti vel prostituere velint, ut de eis valde conqueritur Brunnem. *Jur. Eccl. l. 2. c. 16. §. 6.* omni curiositate perferutari, vel ut verba *c. 3. X. de Clandest. desponsat.* disponunt sollicitè investigare antea debent, quam vinculum, quod Deus, Matth. XIX. 6. sacrum & indissolubile initio constituit, benedicendo impertiantur, utrum aliquid impedimentum obsistat nuptiis. Etenim sæpe contingit, viliores ex ignorantia crassa, prudentiores verò ex malitia reticere,

cere, imò quærenti negare proximitatem, quæ inter copulandos intercedit, & nuptias impeditura est. Ni verò speretis, in casu dubio responlatorum assertis, ipsi Sacerdotes, metu animadversionis severissimæ quæ eos juxta Dedeken. *Consil. Theol. P. 3. Lib. 2. Sect. 1. num. 41. seqq.* manet, curiose scrutentur familias, nonne peccata contra Levit. XVIII. &c. subreperent in populum. Denique & multi, inprimis quibus auri sacra fames, faciliores sunt in copulandis incognitis, quo & Parentibus injuriam, denique aliis sponfalibus maximum præjudicium, & irreparabile damnum, afferunt. *Brunn. l. 6. §. 6.* Hinc in *Agenda Pomer. Tit. 11. fol. 171. & Ord. Eccles. fol. 43.* sub poena Remotionis ab officio eis injunctum, omni sagacitate in copulandorum conditionem inquirere, vid. *Dn. Muller. de Hirolgia Sect. 2. th. 2.*

## CONCLUSIO VIII.

*Curiosi esse debent Tutores. in alterutrius administrationis fide & cura excutienda, ni succedanei velint esse alieni periculi.*

**F**avor Jurisprudentiæ nostræ in pupillos adeò singularis est, quem vide, in *l. amilius. 38. ff. de Minor. pr. J. de Auth. Tutor. l. 28. ff. d. Pat. l. 1. & 47. d. Minor. l. 3. & 5. C. si tut. vel Curat. interv. l. 7. §. 12. l. 58. §. 1. ff. d. administr. & per. tut. l. 10. ff. quemadm. servit. amit. l. 48. ff. de A. R. D. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. an. l. 10. C. de peric. & adm. tut. &c. &c. ut cum tria à nonnullis, ut Petr. Gregor. Tholesan. 47. *Synt. 21. n. 2. Bodin. de Republ. l. 1. c. 3. Anton Fabr. de Conject. l. 8. c. 17.* imputari soleant Imp. Justiniano, quod fuerit (1.) nimis uxorius (2.) superstitiosus (3.) & libertati deditus, quartum addi meritò posse videretur, quod scilicet nimium pupillisnaverit, nisi ipsa æquitatis lex, fragile & infirmum hujus ætatis consilium, multis captionibus expositum, satis defenderet. *l. 1. ff. de Minor.* Indeque inter alia, ne ex desperata Tutoris sui causa auxilia legum sero implorare pupillis necesse sit *l. 5. C. in quibus caus. in integrum.* saluberrime sancitum, Tutores succedaneos*

- daneos esse debere periculi alterius, negligenter vel perfidè administrantis Tutelam, licet alter innocens pro sua parte enixam illius curam gerat. l. 55. ff. de admin. & per. tutor. l. 2. C. de divid. Tutel. & pro qua pars quisq. tut. con. Mev. p. 7. D. 216. n. 2. Struv. Ex. 31. th. 39.
- 4 Sic enim Sichard. ad l. 2. C. de Transact. n. 5. vel inter tutores administratio ab ipso testatore aut judicialiter divisa, & alter ex alterius facto non tenetur, nisi suspectum non fecerit. l. 14. ff. de adm. tut. vel privatim inter Contutores, aut denique non divisa, & omnes ex alterius quoque negligentia tenentur. l. 55. ff. de adm. & per. tut. l. 1.
- 5 §. 15. ff. tut. & rat. Quare, cum non sufficiat regerere, se nescivisse quod Collega perfidè administraverit, sed sive sciverit sive ignoverit, alter alterius luere culpam debeat. Stryk. de Civilit. Nociv. c. 2. §. 41. Montan. de Tutel. c. 38. n. 15. quia scire hoc debuit. l. 14. ff. de adm. tutel. l. 1. C. de peric. tutel. unicuivis in aperto est, leges desiderare à Contutoribus Curiositatem, ut actus suos invicem speculentur & custodiant, ut loquitur l. 5. C. de Fabricens. Idemque est, in honorariis tutoribus, qui inde custodes, observatores & notitiæ causa dati, dicti sunt. l. 3. §. 2. ff. de Adm. tut. l. 26. §. 1. ff. de Test. tut. l. 4. ff. de Solut. Nam pluribus tutoribus testamento vel lege datis, curæ erit Magistratui, videre ne per multos spargatur tutela. Brunnem. ad l. 1. C. si ex plur. tutor. num. 2. Struv. Jurispr. l. 1. T. 21. §. 4. tum quod ipsa l. 3. §. 6. ff. de adm. tut. fatente, facilius unus tutor actiones excipere & exercere possit, §. 1. J. de satisd. tutor. tum quod segenius id quod multorum curæ est, geri soleat. Wesenb. ad Tit. ff. de Adm. Tut. num. 3. & naturale vitium sit, negligi, quod communiter agitur. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars deb. Guttierrez. de Tutel. P. 3. c. 17. num. 2. seq. At vero non est quod sibi blandiantur honorarii, ac si ideo, quod administratio eis non sit commissa, periculum tutelæ ad eos non spectet, sed potius nisi curiosa diligentia administrationem custodierint & observaverint, ac malè rem gerentes suspectos reddiderint, sciant, nihilominus excusis prius facultatibus principalis periculum tutelæ ad eos pertinere, vid. eleg. l. 3. §. 2. ff. de adm. Tutel. (verbis: Imputabitur eis quandoque, cur si malè conversari videant, suspectum non fecerint, assidue igitur & rationes ab eo exigere eos oportet, & sollicitè curare, qualiter ver-

sentur) l. 60. §. 1. & 2. ff. de R. N. Brunnem. ad l. 1. C. de Peric. tut. n. 5. 10  
 St. uv. Ex. 31. th. 39. Dn. Stryk. de Imput. fact. alien. c. 2. num. 77.  
 Videri quidem posset, non eo adigendum esse Honorarium tutorem,  
 ut facta administratorum curiosè excutiat, sed sufficere, si aliunde  
 cognoverit administratores minùs benè rem agere, idque propter  
 verba alleg. l. 3. §. 2. de adm. tutel. Si malè eum conversari videat: 11  
 Ast ignotantiam ei non patrocinari, sed enixam curam ab illo re-  
 quiri, docent mox insequentia verba: Assiduè igitur & rationem  
 ab eo exigere oportet, & sollicitè curare. i. e. curiosè inquirere, uti  
 hoc dicendi genus explicat. Dn. Stryk. de Civilit. Nociv. c. 2. th. 40.  
 in f. qualiter versetur. Et apposite B. Laterb. de Honor. Tutor. c.  
 3. th. 26, ac iisdem ferè verbis Brunn. ad l. 3. de Adm. Tut. num. 7.  
 Primario Tutor Honorarius sollicitè curare, & qualiter gerentes in 12  
 administratione versentur curiosè & diligenter observare debet, si-  
 mulque cur hoc ita vel ita fit, assidue rationes exigere.

## CONCLUSIO IX.

*Curiosus esse debet Magistratus, in perquirendo, an Tutor qui  
 datur idoneus sit, cum alias in subsidium obligatus  
 sit pupillo.*

**M**agistratus per l. 1. §. 6. ff. de Magistrat. conv. nonnisi monitus 1  
 ab illis, quibus Tutoris petitio, juxta l. 2. ff. qui pet. tutor. in- 2  
 cumbit, officium suum impertiri, Tutoresque dare tenetur. Hodie  
 verò vigore Ordin. Polit. de an. 1577. f. 32. §. 1. vers. *hiemir ernstlich*  
*aufferleget.* It. Reformat. Polit. de ann. 1548. Tit. 31. §. 1. si ex officio,  
 & nemine petente, dare neglexerit, eum pupillo ad omne quod in-  
 terest teneri existimant Mev. ad J. Lub. l. 2. T. 2. art. 21. n. 27. Brun-  
 neman. ad l. 1. ff. de Magistr. conv. n. 4. & 8. Struv. Exerc. 31. th. 32. 3  
 quod tamen ex d. l. non satis probatur. Quicquid sit hoc verius  
 est, quòd Magistratus, etfi pupillo futuros casus prestare non pos-  
 sit, l. 1. §. 11. ff. de Magistrat. conv. l. 7. §. 8. ff. de Minor. ex inquisi-  
 tione tamen tutores dare. §. 4. J. de Attil. Tutor. pr. l. de Satisd. tut.  
 ac, ne suò periculò inidoneum se dedisse serò intelligat, antea mo-  
 res creandorum tutorum investigare debeat. l. 27. §. 5. ff. de Tutorib.  
 vel. Curat. dat. ibique. Gothofr. lit. E. Sed cumabilitas facti sit, 4  
 nec

nec Magistratui, qui in hoc merito curiosus, eò quod pupillo in subsidium obligatus est, l. 1. ff. *de Magistrat. conv.* Carpz. P. 2. def. 41. de ea constare, nisi clancularià perquisitione, queat; Inde Jct. Ulpian. elegantissime in l. 1. §. 10. ff. *de Magistr. conv.* dicit: Si desint in civitate, ex qua pupilli oriundi sunt, qui idonei videantur, officium est Magistratum, ex vicinis civitatibus honestissimum quemque exquirere, quam vocem, l. 13. ff. *de Offic. Præs. inter-*pretatur per conquirere, & sollicitè agere, i. e. curiose quærere. Consentit, Excellentiss. Dn. Simon. *Præs. Acad. P. 2. Disp. 17. c. 2. th. 3.*

## CONCLUSIO X.

*Curiosus esse debet Tutor cui mutuo det pecuniam pupilli otiosam, cum suo hoc agat periculo.*

- 1 **D**ifficilem esse Tutorum causam ob fœnerandi, necessitatem ipse  
 2 Imp. fatetur in Nov. 72. c. 6. Etenim Tutor pecuniam pupilli non otiosam relinquere, sed vel fœnori exponere, vel emere aliquid tenetur. l. 24. C. *de adm. & per. Tut.* l. 13. §. 1. l. 14. ff. *cod.* nisi ipse usuras solvere velit. l. 24. C. *de Usur.* l. 7. §. 1. l. 28. §. 1. ff. *de adm. Tutel.* cum verò hoc crederet ei, qui ex post factò bonis cessit, vel non solvendo esse ooperitur, periculum est Tutoris Nov. 72. c. 6. l. 16. ff. *de admin. Tutel.* l. 24. inf. C. *ibid.* l. 7. C. *Arbitr. Tutel.* Mey. P. 4. D. 11. n. 7. seq. Brunn. ad l. 15. ff. *de Adm. tut. n. 4. seq.* Stryk. *Caut. Contr. S. 3. c. 2. §. 12.* Quod tamen alii merito limitant, si ejusmodi debitori mutuo dedit, cui sagax & circumspèctus Paterfamilias non credidisset, Carpz. P. 2. c. 11. def. 25. n. 2. Hartm. *Pistor. P. 1. Qv. 49. n. 24. & 29.* & hac ratione optime judicat, Dn. Müller. *in Comm. ad l. 19. ff. de R. J. exempl. 4.* Culpæ Reum esse Tutorem, quod non curiosius inquisiverit in conditionem creditoris, cum leges ab eo sollicitam curam desiderent; Ad hoc, insolentia incuriosa quam in terminis commisit tutor, à diligentia non ambitiosa sed prudentem temperata, ut egregie loquitur l. 33. ff. *de Usur.* quâ uti debuisset, multum differt. Etli autem laxaverit eam necessitatem Justin. *in Nov. 72. c. 6.* praxis tamen eam ferè, atque adeò unâ curiositatis Tutoriæ necessitatem restituit, uti de Moribus Saxon. testatur Carpzov. P. 2. c. 11. def. 22, n. 4. & Germaniæ univèrsa, Mey., *ad J. Lub. L. 1. T. 7. art. 13. n. 31.*

Brund.

Brunnem. ad l. 7. ff. de Admin. Tut. n. 3. & ad Auth. Novissime num. 5. C. cod. Ne verò quia hâc mutatione vicissim periculum male & minus circumspèctè datæ mutuo pecuniæ in Tutorem redundat, iste con-  
6  
queri possit, tempore exclusum fuisse, quo minus congruè in condi-  
tionem debitoris futuri penitus inquirere potuerit, leges ei inducias,  
vel ut Nov. 72. c. 6. l. 7. §. 11. ff. de Admin. tut. loquitur, laxamentum  
concesserunt, ita ut primo adeptæ tutelæ anno intra 6. menses. l. 15. ff.  
cod. sequentibus annis intra 2. menses l. 7. §. 11. ibid. demum tœnori  
datam fuisse sufficiat, quo censente Gothofred. ad Nov. 72. c. 6. lit. M.  
tempus ei sit ad idoneos debitores perquirendos, vel ut c. 7. all. Nov.  
dicitur, cum omni subtilitate perscrutandos. Insuper, liceat mihi  
7  
binis subjunxisse verbis, tutorem ad ufuras exhibendas non esse ob-  
bligatum, nisi pupillis probare possit, commodam & securam ad-  
fuisse Tutori fœnerandi occasionem, Stryk. de Cautel. Contr. S. 3. c. 2.  
§. 3. Mev. P. 7. D. 200. n. 9. Carpz. P. 2. c. 11. d. 23. n. 3. Quia vero  
8  
ipse Imp. in l. 24. C. de Admin. Tutor. fatetur idoneos debitores non  
adfolere inveniri, hancque probationem Pupillo difficultates magnas  
parere negare nequeat. Besold. Conf. 326. n. 8. commune esse solet Tu-  
toribus, sub hoc colore, quasi non idoneos invenire potuerint debi-  
tores, pecunias pupillares in proprium vertere usum: Ad hanc Tu-  
torum iniquitatem verò amoliendam, commendat Gothofr. ad Nov.  
9  
72. lit. M. in fin. egregiam Curiositatem proficiuam, videre an recens  
novumque genus monetæ, incognitum pupilli Parenti demortuo,  
vel non multo rationes antè redditas cuiusum, offerat. Non absimili  
ratione, ac referente Ricc. Decis. Neapol. P. 2. Dec. 10. Struv. Ex 28.  
th. 33. Assessores Rotæ Neapolitanæ Instrumentum à producente pro  
10  
antiquo venditatum pro falso habuerunt, eo quod curio à chartæ in-  
spectione adhibita, compertum in charta recenti scriptum fuisse.

CONCL. XI.

*Curiosi esse debent non modò Nauta, Ceupo, Stabularius, sed  
et Postarum Magistri, Publicani, Fabricenses, Nau-  
cleri, &c. in explorando cujus fidei sint,  
quos in servitium assumunt.*

Factum

- 1 **F**actum familiæ esse factum Domini, Dd. probatum est axioma-  
vid. Klok. *Vol. 1. Consil. 38. num. 27.* Licet verò negari nequeat
- 2 huic assertioni, ut fere omnibus multas esse fallentias, parumque  
esse, ut non subverti possit; *l. 202. ff. R. I.* tamen hæc sequela firmò  
nititur fundamento : Debere Nautas, Caupones & Stabularios
- 3 factum ministrorum suorum præstare, si viatoribus damnum datum.  
*l. 7. ff. Naut. Caup. Stab. Dn. Struv. Ex. 48. th. 35. Carpz. P. 2. C. 26. def. 10. Brunnem. ad l. un. ff. furti adv. Naut. num. 6.* Nec est quod  
ipsi regerant, noxam caput sequi §. 5. *I. de Noxal. act. l. 22. de Pæn.*  
ac delicta suos tenere debere authores. *l. 26. ff. de Pæn.* cum aliqua-  
teus culpæ imputativæ Dn. Struv. *Ex. 8. th. 173.* rei sint, quod ope-  
ra malorum hominum utantur. *l. 1. §. 2. & 6. ff. h. periculumque*
- 4 *custodiæ in se receperint. l. un. §. 4. ff. Furt. adv. Naut.* Sed ju-  
vabit ne si dixerit, se planè servi conductitii mores nescivisse? Vi-  
debatur uti alias, ita etiam in terminis ignorantiam facti de perso-  
na non nocere. *l. 1. §. 2. ff. de Jur. & fact. ign.* cum leges scrupulo-  
sam inquisitionem [ quæ sanè hic ob calidam vitiorum dissimula-  
tionem adhibenda ] & delatoriam curiositatem, non exigant. *l. 6. l. 9. §. 2. ibid. Mantic. de Tacit. & Amb. conv. Lib. 8. Tit. 13. n. 2. & 17.*
- 5 Verum id fecus est, cum quis non tam sibi quam aliis, iisque quam-  
plurimis & non ad suum, sed tot hospitem & peregrinantium usum  
ministeria eligit ; tunc enim lex studiosam curam. *Nov. 72. prefat.*  
atque ut in exploranda eorum fide curiosus sit, exigat, *l. 7. §. 4. v. explorare cum oportet ejus fidei. ff. Naut. Caup. Stabul. l. un. §. 5. vers. statuere debuit qualis esset. ff. furt. adv. naut. vid. Afflic. Decif. 28. num. 4. Stryk de Imput. fact. alien. c. 5. num. 75.*
- 6 Eandem porò sollicitudinem eadem ratione in eligendis mi-  
nistris exhibere debent Conductores vectigalium aliorumque publi-  
corum reddituum, Publicani dicti. *l. 16. & 17. de V. S. l. 12. §. 3. de Publi-*
- 7 *can.* Etenim si Minister in familia constitutus, aliquid ademerit,  
furtum fecerit, damnum injuria dederit, aut illicitè aliquid publicè  
privatimve exegerit, non delinquentem, noxæ dare *l. 12. §. 1. ff. de Publican.* vel exhibere, *l. 12. §. 2. ff. eod.* sed ipse Dominus respon-  
dere tenetur. *l. 1. ff. de Publ. ibique Brunnem. num. 3. D. Struv. Ex. 39. th. 41. Herman. Stamm. de Servit. Personal. lib. 2. c. 15. Dn. Stryk. l. c. p. 80.* quia & ipse juxta *l. 3. ff. de Publican.* bonos servos ad hoc mi-  
nisterium



nisterium eligere debet. Non dispari ratione ac Ludov. ab Hornick. de *Jur. Postar. C. 1. Theorem. 3. fol. 56.* ex facto scribæ, qui pecuniam thedâ currente venientem interceperat, Magistrum Postarum teneri dicit, eo quod fidem eorum explorare debuisset, quorum operâ utitur. *l. 7. §. 4. ff. de Naut. caup. stab. ut recept. l. 1. §. 23. ff. de Exercitor. act.* Indè porro, ipsa Jurisprudencia hæc format confectaria: Si negligens quis fuerit in eligendis ministris, & fornicatus servus ad fornacem obdormisset, & villa fuisset exulta in dominum redundat culpa, disponente *l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.* Argumento cujus legis, Petr. Barbof. *ad l. 10. n. 34. ff. Solut. Matrimon. approbante Brunnem. ad l. 27. ad L. Aquil. n. 13.* loco liberorum hominum, [secus erat de servis Jure Romano, utpote quod domesticum malum erat, adeoque Dominus noxæ dedendo se liberabat. *l. un. §. 5. ff. furt. adv. naut. caup. Dn. Struv. Ex. 48. th. 35.*] culinæ præfectorum, teneri dominum præponentem, si in eligendis ministris fuerit negligentior. *vid. l. 27. §. 11. ad L. Aquil. ibique Brunnem. n. 15.*

Denique simile curiositatis exemplum, etsi ex aliâ ratione apparet in eo, quod Imp. Theodor. & Valent. *in l. 5. C. de Fabricens. sancivere*, ut ex unius Fabricensis (quinam hi sint docet. *Nov. 85. & Gothofr. ad l. 6. ff. de Jur. immunit.*) commisso totum Collegium, Fabricentium teneatur, quod constricti nominationibus suis, sociorum actibus speculam quandam gerant, ac ex mente Brunn. *ad cit. l. 5. n. 4.* actus suos invicem speculenter, ne facile aliquid interciperi vel planè decoquere possint. Idem ut *l. 6. C. de Naufrag.* disponit de naucleris. Non enim injusta patitur concretè ut civis & socius, qui abstractè ut homo Celeb. D. Simon. *ad Grot. l. 2. c. 20. §. 33. Grot. l. 2. c. 1. §. 9. n. 2.* & ibi Ziegler. *fol. 197.* Nos interim festinamus ad

## Cap. III.

## De Curiositate Legali Proficua,

intuitu Juris in re.

## CONCL. I.

*Curiosus esse debet Inventor alienarum rerum, in domino exquirendo, ni pro fure haberi velit.*

D

Ex

**E**X communi errore vulgi, isti queis non magna philosophandi  
 vis, res amissas & ab alio inventas inter ἀδιονόστα i. e. domi-  
 no carentia numerant, vid. elegant, *caus. 14. qv. 5. c. 8.* inde-  
 que, sicut rem nullius. §. 12. *I. de R. D. l. 1. c. 3. ff. de A. R. D.* cedere  
 occupanti credunt. At peritiores præeunte Grot. *l. 2. c. 8.* distin-  
 guunt inter res nullius originarie & derivativè. Illæ quidem v. g.  
 inventæ in littore margaritæ, gemmæ, §. 18. *l. de R. D. fera bestia*,  
 apes, oves cedunt occupanti. Loquor de conditione antecedente  
 omne factum humanum Grot. *l. 2. c. 8. §. 5.* Frater Gvili, Grot. *c. 2.*  
 §. 4. cum optime mihi notum sit, leges civiles quanquam nil possint  
 præcipere quod jus Naturæ prohibet, aut prohibere quod præcipit, pos-  
 se tamen libertatem naturalem circumscribere, & vetare quod natura-  
 liter licebat, atque ita dominium naturaliter acquirendum vi sua di-  
 rectrice antevertere. Grot. *l. 2. c. 2. §. 5. in fin. l. 2. c. 3. §. 5.* Dn. Struv.  
*Syn. Feud. c. 6. Aphor. 7. num. 3.* It. *Aph. 11. c. 28.* Longè verò diversa  
 ratio est rerum nullius derivativè v. g. jactorum navis levandæ cau-  
 sa, §. 47. *f. de R. D. l. 43. §. 11. de Furt. l. 8. ad L. Rhod. de fact.* & inven-  
 tarum in via publica; nam earum dominium inventor sibi arrogare ne-  
 quit, nisi sciat habita fuisse pro derelicto, §. 47. *I. de R. D. §. 48. l. cod.*  
*l. 1. c. 2. ff. pro derel.* Inde cum ex solo animo pro derelicto, habendi,  
*l. 43. §. 10. c. 11. ff. d. Furt.* Dn. Struv. *Ex. 41. th. 60.* causa & titulus  
 judicetur, hic verò non facile præsumendus ex hodierni seculi ten-  
 nacitate, nec debeat credi quod suum est jactare velle. Grot. *l. 2. c. 4. §. 8.*  
*n. 1.* imò potius fatuitas quam donatio, cujus species est amissio spon-  
 tanea. *l. 9. §. 7. ff. de Acquir. rer. dom. præsumatur.* Barbof. *Loc. Com. c.*  
*49. ax. 13.* inventor, ut de animo amittentis certus sit, nec juxta *l. 43. §. 4.*  
*vers. sive scit cujus sit sive ignoravit. ff. de Furt.* Carpz. *Pr. Crim. P. 2. qv.*  
*86. n. 6.* Theodoric. *Coll. Crim. Disp. 2. th. 8.* furti reum se reddat, omni  
 cura, vel viva voce. *l. 15. ff. de Præscr. verb.* vel per libellum, vel per  
 proclamationem publicam. *l. 43. §. 8. de Furt.* perquirere debet, annon  
 dominum investigare possit. Nec est, quod sibi persvasum quis velit, tam  
 curiosam sollicitudinem à Legibus non requiri in Inventore, suffice-  
 re, inquirenti domino inventas non esse denegatas; Enim verò quilibet  
 scire debet, quod suum non est omnibus modis ad aliū pertinere. *l. 11. C.*  
*unde vi.* & ex antè dictis, si non inquirat in verum dominum, videtur  
 lucrī

lucricausa sustulisse, tunc hoc, furti se obstringit, siue scit cuius sit, siue ignoravit, cum nihil ad furtum minuendam taciatur, quod cuius sit ignoraverit, modo scire hoc potuerit curiose inquirens, l. 43. §. 1. ff. de Furt. Hinc in terminis Bartol. in Tr. iucundo de Falcone fol. 36. (editio est mihi Lips. de an. 1495. quem Guido Comes de Plancardo cum venatum ivisset, amiserat, rusticus vero cum sonalitis & jectis invenit, inventum sub beneicali posuit, dando ei becare cascum & rapas:) dicit: Non juvare, quod rusticus dixerit se dominum falconis non cognovisse, bene tamen, quod omni diligentia suscepta eum exquirere nequiverit.

10

## CONCLUSIO II.

*Curiosus esse debet Dominus fundi in thesauro perscrutando.*

UNICUIQUE liberam tribuimus facultatem quaerendi thesaurum, (discernendus hic statim in limine à pecunia deposita, de cuius domino probabiliter constat, l. 67. ff. de Rei vind. l. 25. ad Exhib. Dn. Struv. Ex. 41. th. 53.) ne ulterius Dei beneficium invidiosa calumnia persequatur, verba sunt. l. un. C. d. Theaur. Quia vero thesaurus est quoddam occultè positum, & vetus depositio, cuius non extat memoria, l. 31. §. 1. ff. de A. R. D. Imperator Leo quoque in al. l. un. C. de Theaur. thesaurum requirendum, scrutandum, studio perscrutandum, opes abditas perscrutandas esse dicat, ipsa verba & negotium abundè produnt curiositatem requiri. Ast cum thesaurus studiosa cura & data opera inventus in alieno fundo, non solum domino totus cedat, d. l. un. Petr. Heig. P. 1. qv. 13. n. 56. Struv. Synt. Feudal. c. 12. aph. 5. sed & juramento, imo tortura quantitas inventi explorari possit Carpz. P. 2. c. 53. def. 8. n. 3. Prax. Crim. P. 2. qv. 68. n. 25. hæc perscrutatio videtur magis ad curiositatem nocivam, quam proficuum referenda; Nihilominus tamen probatum ibimus, & hanc curiositatem illi fore proficuum. Non tantum enim, si illa in proprio fundo utatur, totus thesaurus tanquam fortunæ donum l. 63. §. 1. ff. de acq. rer. dom. & Dei beneficium l. un. C. de Theaur. ipsius est §. 39. §. 7. d. R. D. nisi ubi receptam partem regalia vindicare Grot. l. 2. c. 8. §. 7. quod tamen non ubique asserendum Perillustr. Dn. de Rhetz. Inst. §. Publ. l. 2.

1

2

3

3

4

5

- 6 T. 26. §. 7. Sed &, si datâ operâ in alieno quid inventum, etfi inventor inde directò nil lucretur, tamen ejus obliquè *lib. 1. ff. de*
- 7 *auth. tutor. impetrandi occasionem suggerunt DD. Sic si aliquis thesaurum in alieno exquisiverit, timeat verò ne Curiositas hæc circa aliena, plus damni quàm lucri afferat, illi author est Andr. à Matre Dei. Theol. Moral. Tr. 12. c. 2. punct. 8. §. 3. num. 95. Bonaciaz. P. 6. Disp. 143. §. 7. Molin. l. 1. Tr. 2. Disp. 56. n. 4. ut' emat fundum, cum sic emtori latens thesaurus accrescat Dn. Struv. Exerc. 23. th. 86. ita ut venditor postea ne quidam ex l. 2. C. de rescind. vend. agere possit, Mantic. de Tacit. & Amb. conv. l. 4. T. 16. §. 57. nisi venditor probaverit non thesaurum, sed vetus suorum depositum esse. Dn. de Rhetz. de Occult. c. 2. num. 3. quanquam Emtorem propalatione scientiæ de Thesauro ante emtionem, venditori occasionem dare putet de dolo agendi Franzk. ad Tir. ff. de Act. Emt. num. 214.*
- 8 Mantic. l. c. n. 50. Interim Moralium Doctores occasionem consilii hujus, nacti sunt ex loco *Matth. XIII. 44.* ubi Christus Regnum Cælorum comparat abscondi ò in agro thesauro, quem qui invenit, præ gaudio vadit & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum. Atque in hanc sententiam ivere Scabini Jenenses Anno 1636. in causa Titii, vendentis 100. flor. ædes suas Cajo, quas hic tanquam ruinosas demolitus, in parte muri inferiore invenit 1000. thal. ut testantur ipsi Jcti Jen. D. Bechman. ad ff. Exercit. 15. th. 4. num. 49. D. Simon. Præsid. Acad. P. 2. Disp. 19. thes. 30. Porro ex l. un. C. de Thesaur. lib. 5. C. de Malefic. notum est, si Magicis artibus thesaurus quæsitus fuerit, eum cedere fisco; Berlich. Vol. 2. concl. 66. num. 6. Cum verò remedium investigandi plurimis sit virgula mercurialis sive Divinatoria, legem mihi imposuisse video Curiositatem, eruere, an illius usus, ne omne quod dictum corruat, etiam artibus magicis adscribendus. Et quidem negari nequit, multis, ut Casp. Schott. in *Mag. Nat. & Art. P. 4. lib. 4. cap. 1.* Zeiler. *Epistol. Cent. ult. ep. 10.* Sperling. in *peculiari Disp. an virgula Mercurialis agat ex occulta qualitate*, eam suspectam fuisse, ob rationes quas inprimis Schott. affert. Plurimi verò, ut Cernar. *Hox. Subcis. Cent. I. c. 73.* Bornet. de *Rer. Suffic. l. 2. c. 25.* Ipse, qui jam sententiam mutasse videtur, Sperling. *Inst. Physic. l. 2. c. 3. præc. 9.* ejusdem operationes occultæ qualitati adscribunt. Et sanè

sanè quæ causa odii inter rutam & cicutam, ea quoque esse potest indagatrix, cur se ament magnes & ferrum, virgula ex corylo decisa & metallum. Atque hinc, illius usus non referre ad artes magicas, in puncto juris, video. Dn. de Rhetz, de *Occult. c. 2. §. 6.* Lauterb. de *Theaur. th. 13.* Echolt. de *Theaur. c. 3. th. 43. & 44.*

## CONCLUSIO III.

*Curiosus esse debet Dominus in re sua vindicanda in tempore, ne præscriptione præcludatur.*

**S**I in aliquo juris articulo *Lex 24. ff. qua in fraud. cred. l. 21. ff. de Pecul.* quæ Vigilantibus esse jura scripta ait, certè in materia usucapionis præcipuè ejus apparet usus & autoritas: quo principio motus ipse Imp. in *l. 2. C. d. annal. exc.* dicit, esse debere inter desides & vigilantes seu curiosos aliquam differentiam. Quia verò multi extitere, qui Usucapionem tam inter Principes, ut Vasquius à Grot. refutatus. *l. 2. c. 4. §. 1.* quam inter inferiores, ut Cujacius, reprehensus à Dn. Simon. *Præsid. Academ. P. 1. D. 1. c. 3. th. 7.* iniquam, & Justitiæ si non juri inimicam putarunt, præmunimenti loco paululum in justitiam inquiremus. Duo præcepta juris & aliquo modo naturæ, collidunt hic, quorum primum: Saluti publicæ interesse ne rerum dominia sint in incerto. *pr. J. d. Usucap. l. 1. ff. eod. litiumque generetur immortalitas. l. 5. ff. pro Socio.* Alterum rem suam domino invito non esse auferendam *l. 11. ff. d. R. J. Ubi verò ejusmodi duo committuntur præcepta, inferius, unicuique suum §. 3. J. de just. & jur. superiori, scilicet bono publico. l. 1. ff. de Usucap. cedat necesse est. vid. Ziegl. ad Grot. l. 2. c. 4. §. 1. fol. 252. Harpr. ad pr. J. de Usucap. num. 40. Brunn. ad Inst. Exerc. 8. in pr. Wissenb. P. 2. Disp. 20. thes. 6. Hugo de Roy, de Eo quod just. l. 3. T. 4. fol. 25. Et hoc quidem bene inter privatos; At controversia ardua videtur, an Princeps & qui pars Gentium Societatis magnæ mundanæ est, præscriptionem allegare possit? Sanè Regum Galliæ arcano Status id videtur vix congruere, uti videre est ex *Trutina Stat. Europ. c. 4. §. 7.* postquam Rex Galliæ hodiernus novi planè juris repertor, Dependendarum & Reunionum jus sibi vindicavit. *Le Salut. de l. Europe. p. 17. & ad eund. Reflex. Polit. fol. 14. Auth. Duck. de Us. & Auth. Jur. Civ. l. 1. c. 1. §. 10.* Præterea, Fer. Vas-*

quius quoque *Controv. Illustr. l. 1. c. 51. §. 23.* statuit, omnem præscriptionem esse inventum Juris Civilis indeque subditos tantum ligare.

- 7 Verùm hæc communi Gentium placito jam dudum explosa sunt, ut enim cætera usucapionum jura civilia esse non negemus, certè aliquam præscriptionem, v. g. ex apparente derelectione, per ea quæ adduxere, Sed *de Mar. Claus. l. 1. c. 26. p. m. 195.* Pufend. *El. Jur. Univ. l. 1. def. 5. §. 24.* esse J. Gentium, gentesque ligare dicendum, cum *Ziegl. ad Grot. fol. 251.* Pufend. *de J. N. & G. l. 4. c. 2. §. 2.* cum aliàs controversiæ de Regnis Regnorumque finibus nullo unquam tempore extingvi possent, quod non tantùm ad perturbandos multorum animos & bella ferenda pertinet, sed & communi Gentium sensui repugnat, quæ verba sunt Magni Grot. *l. 2. c. 4. §. 1. in fin.* Quare hæc cum ita sint, quemlibet bonum Patremfamilias decet, animi vigilantia. *l. 1. C. de Usucap. transform.* cum ignaviam prætendentes audire nolit Jurisprudencia *l. 78. §. 2 ff. d. Legat. 2.* inquirere in res suas. *l. 1. ff. de Usucap.* Si verò tempus præfatum ad res suas inquirendas, verba itidem sunt *pr. J. de Usucap.* ex incuriositate labi passus fuerit, nec scrutinium rerum suarum, ut loquitur, Martin. Bonacin. *Theol. & F. U. D. Oper. Theol. Moral. Tom. 2. Tract. de Restit. dist. 2. q. 1. punct. fin. §. 2.* intra præscripta tempora instituerit, is justuram rerum suarum, quam negligentis fructum vocat *l. 1. C. de condit. in publ. hor. æquo feret animo.*

#### CONCLUSIO IV.

*Curiosus esse debet hæres, in viribus hereditatis, ære alieno, & rationibus defuncti explorandis.*

- 1 **H**æres defunctum activè & passivè repræsentans, *l. 62. ff. de R. I. l. 14. C. de Reivind. Mantic. de Tacit. & amb. conv. l. 16. T. 20.*  
 2 *§. 31.* & æs alienum defuncti in solidum solvere tenetur, & ipsa quoque hereditatis aditione quasi contraxisse videtur cum Legatariis &c. *§. 5. I. de Oblig. quæ quasi ex contr. l. 3. §. 2. l. 4. ff. quib. ex caus. in poss.* Quia verò ita comparatum est, ut alii publicatione pompæque rerum familiarium divitias, prudenti certè consilio, nolint exponere invidiæ, juxta *l. 2. C. Quand. & quib. quart. pars. deb.* alii verò, ut eò majora nomina conficere valeant, opulentos se

se gerant, l. 43. §. 3. ff. de Furt. & illis sint divitiarū fordidarū, his pauperas splendida; quo fit, ut & prudentissimus, ni subtili ingenio vires hæreditarias scrutatus fuerit, spe & opinione de facultatibus conceptā, decipiatur. l. 10. ff. qui & a quib. manumiss. §. 3. I. qui & ex quib. caus. Hinc legem olim, beneficiō hodiernum licitō si eo quis uti velit. l. 22. §. 14. v. cum enim. C. de jur. deliber. Stryk. Cautel. §. 3. c. 3. §. 2. invenere jus deliberandi, ex cujus ratione hæres, callidā machinatione, verba sunt, l. 22. §. 13. C. de jur. delib. vires hæreditarias & æs alienum lateñs explorare poterat. Verum, cum sapius & enixa nec non scrupulosa Curiositas, ob causas modò dictas, non sufficeret, planè indemnem servare hæredem. §. 5. I. d. hæred. qual. & dif. nova constitutione datum est hæredi dubio & titubanti beneficium Inventarii, quò omni subtilitate, ut loquitur l. fin. §. 14. C. d. I. de lib. confesso, adire hæreditatem posset, nec tum teneatur, nisi quantum valere bona hæreditaria contigerit. Nov. 1. c. 2. §. 1. Auth. Sed cum C. ad L. Falcid. §. 5. I. d. hæred. qual. Fab. ad C. L. 4. T. 23. d. 9. n. 8. Datā tamen electione, rectā adhuc viā sine Inventario adire hæreditatem, si ei spes certissima sit lucrosæ hæreditatis, l. 22. §. 1. C. d. I. delib. sed ita, ut revivente eum pristina lege etiam ultra vires hæreditarias teneatur, l. 22. §. 1. ibid. Sichard. ad Rubr. C. h. r. n. 13. Carpzov. P. 3. c. 33. def. 18. n. 2. imò & amittat Falcidiam. Nov. 1. c. 2. §. 1. Auth. Sed cum C. ad L. Falcid. ibique Brun. n. 14. non etiam Trebellianicam. vid. Gail. c. 2. Obs. 138. Mascard. d. Probat. concl. § 52. n. 10. Diss. Dn. Struv. Ex. 33. th. 57. Ideò, quod temerario ausu & proposito novam legem aspernandam existimaverit. l. 22. §. 14. C. d. I. delib. nec tamen substantiæ mensuram subtiliter agnoverit, verba sunt. Auth. Sed cum C. ad L. Falcid. sicque diligenter sibi prospexerit. l. 3. ff. de Sparat. Mantic. l. c. n. 32. Postquam verò vartiorum DD. calculo probata sententia est, designationi & specificationi juratæ eandem esse vim ac Inventarii, Moller. L. 2. fenestr. c. 14. n. 5. Rauchb. P. 1. qv. 29. n. 2. videri posset, tam curiosam virium hæreditariarum explorationem, & anxiam nominorum activorum & passivorum collationem, hodiè non amplius exigì, cum sufficiat post aditionem grandi ære alieno comperto, specificationem juratam edidisse; Alt optime Mev. P. 2. Disp. 96. n. 2. & post eum Dn. Stryk,

3

4

5

6

7

- § Stryk. *Cautel. S. 3. c. 3. §. 6.* distinguit, an inventarium exigatur hoc fine, ne quis ultra vires hæreditatis teneatur? an solum pro notitia bonorum, Illo casu non sufficere juratam designationem dicit, sed Inventarium solenne exigi; Si verò v. g. cohæres exigat inventarium, specificationem juratam sufficere. Alias quid apud Saxones juris, docet Carpz. *P. 3. C. 33. def. 18. n. 2.* Richt. *Dec. 60. n. 5.*

## CONCLUSIO V.

*Curiosus esse debet Testator moribundus de uxoris graviditate, an Postumus sperandus, frustraverit curiosa est mater Princeps, que renunciat successioni.*

- 1 **L**iberos à Patre esse necessario instituendus vel exhæredandos, non verò prætereundos, §. 2. *I. de Hæred. qualit. l. 7. §. 30. ff. de Lib. & Posth. hæred. inst.* constare potest & inde, quod liberi nati jamdum sint hæredes quoad spem. *Grot. l. 2. c. 7. §. 4. & vivo Parente quodammodo domini existimantur. §. 2. l. cod. l. 11. ff. de Liber. & Posthum.* hoc verò cum de Postumis adhuc in utero materno jacentibus dici nequeat, dubia quæstio indè exsurgit, an horum præteritio item ut natorum, testamentum reddat nullum? Pro qua destruenda & hoc non leviter faceret, quod ei nondum existenti tribuere jura, idem sit ac rei, quod non est, tribuere accidentia, *Clariff. Dn. Becmann. Præcogn. Moral. cap. 17. fol. 160.* nec postumus jus quælitum allegare possit, cum speretur saltim homo fieri.
- 2 *l. 14. C. de Fideicomm. libertat. Grotius. lib. 2. c. 7. §. 26.* Verum, curatius ut hæc tradantur, nascituri in utero, quamvis nondum dicantur in rebus humanis esse, *l. 10. §. 1. de vulgar. & pupillar. substit. l. 7. de ventr. in poss. mixt.* quoties tamen damnum passuri essent, habentur fictione juris pro jam natis. *l. 7. ff. de Stat. hom. l. 231. de V. S. l. 2. §. 6. ff. de Excus. tutor. si hoc, exhæredari ritè, [quod tamen Jure Novellarum fieri non potest, Confer. Brunnem. ad l. 33. C. de Inoff. Test. num. 8. Struv. Exerc. 32. thes. 35.] vel institui hæredes debent. loc. cit. ff. & C. de Posth. hered. inst. vel exhæred. cum alias præteriti agnoscendo testamentum, rumperent. *l. 6. C. de Inoffic. test. ibique Brunnem. n. 1. Capz. P. 3. C. 9. def. 4. num. 6. & 8. Fab. ad C. L. 6. T. 9. def. 1. n. 10.* quamvis postumos & beneficio legis*



gis 3. C. d. inoff. Testam. frui posse existimem cum Dn. D. Löpero d. Verb. General. c. 3. num. 4. Inde, cum leges planè improbet postumi cujuscunque præteritionem, ea verò ut plurimum ex ignorantia testatoris, vincibili tamen si de postumi existentia curiosus fuisset, proficiscatur, unicuivis patet, eas hoc ipso, sicut in aliis juris articulis, ita & hic & curiositatem & prudentiam desiderasse. Frustra verò curiositatem requiras à fœminis Principibus Successioni renunciantibus; quippe quas ipsa natura, & ratio, & humani generis gentiumque consensus ab imperiis, uti democraticis & aristocraticis, ita & monocraticis prorsus excludunt: etli gynocratia olim ex abusu paucarum nata, hodie quoque in quibusdam regnis & feudis invaluerit. Ut proinde talis renunciatio fœminarum ferè abundans tantum cautela sit, ideo usu introducta, quia aliquando feuda quædam, vel territoria quoque Principatui conjuncta sunt, in quæ & fœminæ, sed post masculos succedunt. Quò minùs dubitari potest, talem renunciationem omni jure planè valere, cum per eam ipsum jus Naturæ ejusque ordo reducatur & fœmina tali pacto cum civitate sua inito renunciaret ei juri, quod nudo jure positivo & ex sola concessione civitatis contra naturam habitura esset. Nec quicquam rationi minus consonum dici potest, quàm matrem juri liberorum nondum existentium præjudicare non posse, cum hi nullum jus nisi per matrem, adeoque non nisi quod mater usque ad mortem retinuit, habeant. Iterum igitur apparet, quo jure Galli, qui ipsi hoc jus Naturæ & legem Salicam, sibi quidem peregrinam, (cum Germanica illa, non Gallica lex sit, Vid. Magnifici Dni. Præsidis, Patroni mei devotè collendi *Jur. Publ. Prud. in Proleg. §. 20. & seqq. cap. 3. Sect. 6. & cap. 16.*) in terris tamen suis acerrimè urgent, in Germania, cui vernacula illa est, illam destruant, & quam Legem peregrinam apud se immotam, eam in ipsa quasi legis patria, Palatinatu, inquam Rhenensi, irritam esse velint. Simile propè exemplum & illustre habemus in Gallix Regina, Maria Theresia, Philippi IV. Regis Hispaniæ. Filia, quæ renunciavit omnibus juribus in Regnum Hispaniæ pro se & nascituris; id verò liberis ejus præjudicare non posse, ajunt, cum in Hispania obtineat Successio Castellana sive Cognatica, vid. D. Joan. Strauch. *Exerc. Jur. Publ. Disp. 1. 2. th. 36. Pufend. d. J. N. &*

10 *Genr. l. 7. c. 7. §. 13.* Econtrario Hispani, hodierno Rege Gallix hoc argumentum valde urgente, ubi videt prolis spem in Hispania fere deficere, vid. *Le Salut. de l' Europe. fol. 9.* ibique *Reflex. Polit. fol. 7.* inter alia regerunt, non esse hoc jus quæsitum, quod Delphinus ex providentia majorum derivat, cum pactum renunciativum Matris causam dederit cur extiterit, nec unquam sine eo nuptiæ inter Ludov. XIV. & Mariam Hispanicam permixtæ fuissent. Quæ an è verò jure Gentium deprompta sint, & de tota hac controversia nos nihil nunc decidimus. Conf. tamen Excell. Dn. Becman. *Prac. Moral. 6. 9. fol. 100.* Dn. Joh. Schultz. *Decas Cas. Illustr. 5. 8.*

## Caput IV.

De Curiositate Legaliproficua,  
intuitu Juris ad rem.

## CONCLUSIO I.

*Curiosus esse debet Creditor quo vertatur pecunia, quam mutuam daturus est, (1.) alterius ministro vel servo. (2.) mandatario & præposito, (3.) filiosam. vel minori. (4.) Reipubl. (5.) Ecclesiæ & prius corporibus. (6.) patrifam. aliisque.*

11 **I**S qui mihi maximè in tractatione hæc, de curiosa circumspeditione adhibenda in mutuo dando, occasione legis fundamentalis, l. 3. §. 9. ff. de in rem vers. admonendus est Creditor jam in scenam prodit. Et

12 I. ordiemur à mutuo sumente servo domestico, certâ mercede ad hoc ministerium conducto, cum per Christianismum magis excultis hominum moribus, servos, ut olim amplius non habeamus. Dn. Struv. *Jpr. l. 1. T. 4. §. 3.* Gudelin. *d. Jur. Noviss. l. 1. c. 4.* hic si juxta  
13 §. 4. l. quod cum eo qui in al. por. mutuatus pecuniam quasi frumenta vel quamlibet rem aliam emturus, eam acceptam in delicias & luxuriam consumsit, quæritur an creditor, servo non habente undè solvat, dominum convenire possit? Sententia affirmans multis aridire  
14 posset, eo quod creditor magis fidem domini quam servi secutus. l. 8. 4.

ff. pro

ff. pro Socio l. 29. ff. de Reb. cred. domino quoque, sicut omne emolumentum ei ex servi acquisitione cedit. §. 1. I. per quas pers. oblig. acquir. ita & actionibus, obnoxium esse debere videatur, l. 1. §. 19. ff. de instir. act. Dn. Struv. Dec. Sabbath. c. 29. Dec. 1. exemplo exercitorum, arg. l. 7. ff. de Exerc. act. l. 1. §. 9. ibid. & institorum l. 1. ff. d. Instir. act. l. 1. §. 5. C. ibid. Verum, ea quæ leges de his disposuerunt, ad reliquos ministros & servos non sunt extendenda. Goth. ad l. 19. de Solut. lit. B. Herm. Stamm. de Servit. Person. l. 2. c. 1. cum alia ratio sit servi domestici **eines Hauffnechtes** / quam institoris **eines Ladendieners**; hic dominum ob præpositionis legem ex suo contractu obliget, Hering. de Fidejuss. l. 1. c. 29. n. 136. non verò ille, Mey. ad J. Lub. 3. T. 6. 4. 5. n. 14. Mantic. de Tac. & Ambig. conv. l. 8. T. 10. n. 8. nisi pro rata forte mercedis, quam servo debet. §. 10. & 36. I. d. Act. Grot. Inrod. in Jus Belg. l. 3. c. 38. n. 9. Mantic. l. c. n. 2. Struv. Jpr. l. 2. T. 11. §. 7. Hinc in terminis concludimus ex l. 3. §. 9. ff. de in rem pers. Si Servus sic accepit quasi in rem domini verteret, nec verit & decepti creditorem non videtur versum, nec tenetur dominus, ne credulitas creditoris domino obesset vel calliditas servi noceret, Pergit porro JC. Ulpian. Quid si is fuerit servus qui solitus erat accipiens vertere? Adhuc non puto nocere domino, si alia mente servus accepit, aut si, cum hac mente accepisset, postea alio vertit. Curiosus igitur esse debet creditor, quo vertatur, verba sunt, d. l. 3. §. 9. Vid. Molin. Tr. de Usur. qu. 37. n. 280. in fin. Struv. Ex. 20. th. 74. Carpz. l. 2. R. 106. n. 5.

II. Institor quoque saepe jaecat sui principalis fidem, & interveniendi studium erga creditorem hic statim ut doceat, quanti principalem faciat, offert pecuniam quantumque expetit institor, incivile putans curiosum esse in perlegendo & examinando mandato; Postea pecuniam creditam à domino repetiturus, cognoscit institorem pecuniæ mutuo sumendæ non fuisse præpositum, & jam esse fugitivum, ita ut causa & mutuo cadat, verba sunt, Dn. Stryk. de Civit. Nociv. c. 5. §. 7. add. Mey. ad J. Lub. l. 3. T. 6. 4. 5. n. 12. & 13. Gaill. 4. 2. Obs. 20. n. 1. Carpzov. n. 2. Dec. 133. n. 1. Sed unde hæ lachrymæ? Debuisset accurate præpositionis legem & mandatam exquirere. l. 1. §. 5. ff. de Instir. act. l. 1. §. 12. ff. d. Exercit. act. Bruunem. ad l. 1. C. de Instir. act. n. 3. cum non uniforme & perpetuum manda-

- mandatum à domino accipiant, sed interdum cum libera, plurimum sine libera, alicui negotiationi præficiatur. *l. 11. §. 5. l. 5. §. 11. & 13. ff. d. Instit. act. l. 1. §. 1. quod iuss.* hoc verò quia vel ex credulitate, vel ex incuriositate neglexit, non conveniebat dicere, institorem mandati fines malitiosè egredientem, dominum in majus suò facto obligare posse, quàm in mandatis dedit *l. 1. & 5. C. de Inst. &*
- 10 *Exerc. act. l. 1. §. 12. ff. d. exerc. act.* Oldendorp. *Class. 4. art. 5. n. 3.* aut absqve mandato in utilitatem domini versum. *l. 1. C. d. Instit. &*
- 11 *exerc. act.* ubiqve Brunnem. *n. 4. Gail. l. 2. Obs. 21. n. 7.* Unde Sichard. *ad l. 5. C. de Instit. act. n. 1.* cautos, ait, & curiosos eos esse debere, &c. Eadem fere obtinent in Magistro navis, Dn. Struv. *Ex. 20. th. 32.* Utroiq; verò hoc singulare, & ideò hic non prætereundum est; Si vel Institor vel magister mandatum habeat, mutuandæ pecuniæ in negotiationis, cui præpositus est, utilitatem, tum juxta
- 12 *l. 7. pr. & §. 2. ff. d. Exercit. act.* creditor aliquam diligentiam præstare debet ratione exercitoris, i. e. curiosus esse debet, quoties credit ad navis refectioem, verba sunt Goth. *ad l. c. lit. P. nim.* ut sciat navim vel rem refici oportere, & eo loco posse, & in id credat: non verò, ut ipsè curam suscipiat, an in hanc rem pecunia erogata sit, vel ut Gothofr. iterum *l. c. lit. R.* dicit, non est necesse ut tam sit curiosus.
- 13
- 14
- 15 III. Castellanis proverbium fuisse, refert ingeniosissimus Didac. Saverd. *Symb. Polit. 47. fol. 345.* Benè age & cave tibi, idqve illustrat hoc lemmate: Oculos habere apertos. Certè cui oculata fides commendanda, erit eorum numero non postremus creditor filio familias vel minori mutuam dans. Nam uterq; fere ob lubricum ætatis.
- 16 *l. 1. de Minor. jaetandi sua pronus. l. 25. pr. ff. de Probat. atq; inde non nisi ex mutua pecunia luxus materiam quærere potest & solet. l. 1. ff. de*
- 17 *Scr. Maced. §. 7. l. quod cum eo.* Quare, hoc ad quamvis intemperantiam conducens suscitabulum, & morum in filiofamilias deperditorum incitamentum, ipsiq; Patri triste & ominosum, non modo jure Comuni, per §. 7. *l. quod cum eo l. 1. & 9. ff. ad Scr. Maced.* vid. Rudolph. II. Constitutio de an. 1589. ap. Hahn. *ad Wesf. Tit. ff. de Scr. Maced. n. 5.* sed & specialioribus statutis in hanc rem latis vetitum est, uti de Academia Parisiensi testatur, Mindan. *de Mandat. l. 2. c. 62. n. 4. de ne*
- 18 *vendre*

*De Curiositate Legali Proficua.*

17

*vendre à creance aucune marchandise. fol. 387. De Lovaniensi Petr. de Grev. ad ff. Exerc. 12. assert. 26. Franckerana. Wissenb. D. 27. th. 14. Tubingensi. Lauterb. h. r. Jenensi Struv. Ex. 20. th. 52. Gissensi & Marpurgeni. Nebelke. ad §. 7. I. quod cum eo. Wittenbergensi. Zanger. d. Except. P. 3. c. 12. n. 59. Creditor igitur si non fuerit in eo curiosius, non mutuum in utilitatem Parentis, scil. ad ea quæ Pater, ipse subministrare debuisset, impensum fuerit, omni jure & actione excidet, l. 7. §. 15. ff. ad SCr. Maced. l. 5. C. eod. Carpz. l. 2. R. 105. n. 7. Enenck. Baro. d. Privil. Par. priv. 12. l. 3. inum. 16. seqq. quin & utili actione de servo corrupto ipse patri tenebitur. Zang. de Except. p. 3. c. 12. n. 31. Hoc tamen ita temperandum puto, ut si quis filio peregrinanti, v. g. in Academiis, & indigenti, modicam pecuniam mutuum bona fide ad usus necessarios dederit, is verò deinde malè, v. g. in aurum potabile consumserit, creditori contra ipsum integra actio relinquatur, vid. Lauterbach. ad Tit. ff. d. SCr. Macedon. fol. 197. lit. d. Dn. Simon. d. Cessat SCr. Macedon. quæ extat Præsid. Acad. P. 1. D. 10. th. 41. Nec movet l. 3. §. 9. ff. de in rem vers. ex qua tantum sequitur, quod pater de in rem verso conveniri non possit, nisi actu verum fuerit; quod constat, tot. tit. C. Ne fil. pro patr. Nec de eo hic queritur, sed an filius teneatur. Et alias ipsi filiosam, id valde periculosum foret, cui, etsi in extrema necessitate constituto, nemo pecuniam daturus esset, arg. l. 17. ff. ad SC. Vell.*

19

20

21

21

22

22

23

IV. Republicæ jura minorum tribuit Jurisprudencia per l. 27. ff. de Reb. Cred. Brunn. Cent. 4. Dec. 1. n. 1. Cent. 5. Dec. 99. n. 1. Struv. Ex. 8. th. 61. cum censeatur sub perpetua Curatela esse. l. 3. C. d. Jur. Reipubl. l. 4. C. ex quib. caus. major. Besold. P. 6. Consil. 277. n. 98. imo adhuc major ratio concurrat in Rep. quam in pupillo, cum hic suo & alieno, Resp. verò solum alieno regatur judicio. Barbof. Thesaur. Jur. l. 5. c. 2. ax. 1. ibiq. DD. Accipit verò mutuum vel ipsa Respublica in consilium vocatis eis qui eam potestativè representant, ut Tribuni plebis die Altereute. Carpz. l. 2. R. 106. n. 1. Item die vier Haupt = Gewerde. Brunn. Cent. 5. Dec. 99. n. 3. cum omnium civium convocatio vix fieri soleat. Losæus d. Jur. Univers. P. 3. c. 3. n. 8. & tum creditor curiosè curare debet, ut omnes saltem Civitatem representantes numerationi præsto sint, Carpz. P. 2. c. 6. def. 18. n. 19. ne postea versionem, quam valde

- creditorum fatigare scribit; Mascard. de Probat. concl. 1167. n. 7. sequi probare opus habeat, sed civitas simpliciter obligetur D. Stryk. Cautel. S. 2. c. 1. §. 4. Brunm. ad l. 27. ff. de Reb. cred. n. 6. Mew. P. 8. Dec. 162. n. 4. seqq. P. 3. Dec. 229. n. 1. cum alias si in hoc non fuisset curiosus non civitas, sed soli administratores, tenerentur uti pronunciatum ap. Richt. Dec. 71. n. 3. Daseru nicht alle Bürger in das mutuum gewilliger / sondern die Bierel und Junungs-Meister mit ihrem
- 24 zahlte. De hinc si Rectores civitatis, nomine quidem illius, sed nullo requisito civium consensu, mutuum sumserint, vicissim civitatem sibi creditor non obligat, nisi in rem illius versum, probet. l. 27. ff.
- 25 d. R. C. Mew. P. 5. Dec. 384. n. 3. Carpz. P. 2. C. 6. l. 2. R. 106. n. 9. Et si in instrumento dicatur, in rem reipubl. versum esse, Gothm. Vol. 2. R. 52. n. 16. Coler. Procel. Exc. P. 3. c. 3. n. 352. cum in re & propria & tanti momenti non credatur hujus Magistratus assertioni Mew. P. 5. Dec. 384. n. 2.
- 26 Vel mutuum Civitati valde necessarium fuisse probetur. l. 1. §. 5. de Execr. ult. Vel etiam Senatus solitus fuerit
- 27 mutuum vertere in utilitatem Reipublicæ arg. l. 3. §. 9. ff. de in rem vers. Itaque verbis Card. Mantica. d. Fac. & Amb. conv. l. 8. T. 13. num. 2. & 17. concludimus: Si quis Rempublicam sibi velit obligare, curiosus esse debet quo collocetur creditum.
- 28
- 29 V. Eadem de Ecclesia ac aliis piis corporibus dicta sunt, quæ itidem sub perpetua curatela sunt. Nic. Everh. Loc. 77. d. Republ. ad Eccles. num. 2. Manz. Decis. Palatin. qv. 1. num. 24. per Nov. 120. c. 6. Auth. Hoc jus. C. de SS. Eccles. c. 2. §. 7. X. d. in integr. rest. Ita
- 30 ut Coler. de Prob. Exec. P. 2. c. 3. num. 353. & n. 354. qui cum administratore Ecclesie contrahit eum de versione curiosum esse debere elegantissime dicat. Nec minus appositè Gothofr. ad Auth. Hoc jus. C. d. SS. Eccles. ltr. E. Creditor divinæ domus curiosus esse debet quo veritat. add. Tiraqvel. d. Privil. Pia Caus. priv. 134. & 135. Aug. Barbol. d. Jur. Eccles. l. 2. c. 13. n. 16. ad n. 28.
- 31 Brunm. Jur. Eccles. l. 2. c. 15. §. 26. Si verò alicui probatio versionis molesta sit, is adhibeat consensum Patronorum, vel si mutuum magni momenti, Consistorii. Dn. Stryk. Cautel. S. 2. c. 1. §. 13.

VI. Reliquum quod est, unicuique creditori Curiositas quo  
 mutua vertatur pecunia, mirum in modum proficua esse potest;  
 Etsi enim Gothofred. ad l. 19. ff. d. Novat. lit. B. neget curiosum  
 creditorem esse oportere, nisi in casu l. 17. ad St. Vell. l. 7. s. 1. ff. d.  
 Ex. ab. l. 3. §. 9. ff. d. in rem. vers. & olim lege Gabinia, eademque  
 repetat; ad l. 17. ff. ad St. Vell. lit. p. nec non ad l. 13. C. si cert. per lit. l.  
 & alias regula quoque in contrarium videatur, ut juxta l. 13. C. Si  
 certum petat. Manz. Decis. palas. qu. 1. num. 24. consideretur, quid  
 contrahentes inter se egerint, non quid debitor cum tertio. Ol-  
 dendorp. Class. 4. tit. 17. num. 4. Attamen praedicta Curiositas adeo  
 proficit, ut si probare possit Creditor, debitum contractum per  
 Parentem verum fuisse in utilitatem filiorum, illo non existente  
 solvendo possit agi contra filium, ut DD. communis schola testa-  
 tur. Bartol. ad l. 7. C. ad St. Maced. num. 2. Conrad. Brederod. Cau-  
 tel. Contr. fol. 112. Copolla. Cautel. 276. Gratian. Disc. For. T. 1. cap.  
 117. Dn. Struv. Exerc. 20. thes. 73. quin si Creditor probare possit, cre-  
 ditum cuicumque extraneo ex titulo lucratiyo profuisse, contra hunc  
 in subsidium, debitore meo non habente unde solvat, agi possit.  
 Wefenb. ad Tir. C. quod cum eo. num. 4. It. ad Tir. ff. d. in rem.  
 vers. num. 1. Brunnem. ad l. 49. ff. d. condict. indeb. num. 2. Struv. Exerc.  
 20. thes. 75. in fin. Nec obstat. l. 49. ff. de condict. indeb. his solis  
 pecuniam condici quibus soluta non quibus proficit; It. Da je-  
 mand seinen Glauben gelassen / da mus er ihn wieder suchen.  
 Mex. ad J. Lub. l. 3. T. 2. q. 2. num. 1. cum textus de actione directa  
 nos de in rem verso subsidiaria loquamur, Brunnem. l. c. num. 2. est  
 que rei fundamentum famosa, L. Si me & Titium. 32. ff. d. Reb. Cred.  
 l. 27. ff. prescript. verb.

32

33

34

35

36

CONCLUSIO II.

Curiosus esse debet Commodans, in integritate & facultati-  
 bus commodatarii nocendus, ne re commodata alienata,  
 inanis remaneat actio.

Curiositas abundantis speciem pre se ferret, commodantem  
 admonere de advertendo cui commodet ne fallatur, eo quod  
 exemplo

exemplo Solonis ap. Sen. d. Clement. l. 1. c. 22. non præsumendum ;  
 quemquam fore qui amicitiam fallacis & dolosis machinationibus  
 rependere, non erubuerit ; Nisi ipsa Dicaſteria, & Jctorum reſponſa  
 vid. Carpz. P. 2. C. 26. def. 5. edocerent nos, nihil novi eſſe, & per ami-  
 2 ci fallere nomen. Si ergo amicus, cui commodati pecuniam, dicis  
 tantum gratia l. 4. ff. Commod. vel pretioſa tua ad oſtentationem, l. 3.  
 §. 6. ff. eod. in alios ea transferat, penes commodatarium bonis lap-  
 ſum inanis actio tibi erit : l. 6. ff. de dol. mal. nec vindicare ea ex  
 3 ſententia Pegali in l. 9. ff. de Rei Vindic. poteris. Quæ Pegali ſen-  
 tentia licet improbetur in d. l. 9. vid. Hill. ad Donell. l. 20. c. 3. lit. G.  
 4 Struv. Ex. 11. th. 9. Brunn. ad Ex. 26. Tit. 6. §. 1. tamen Jure Sax. Land N.  
 l. 2. art. 60. Statutis Hamburg. l. 2. T. 2. art. 7. & Jure Lub. l. 3. T. 2.  
 art. 1. quò nos Pomerani utimur, indeque ejuſdem vis ac poteſtas tur-  
 piter ignoratur l. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur. confirmata eſt, tanquam  
 accommoda Reip. ut civium ſagacitas curioſe perſcutando cujus fi-  
 dei cujuſque innocentia ſit is, cum quo in tanta hominum copia con-  
 5 trahit, & cui res ſuas commodat, per hoc acueretur ; Hæc tamen pru-  
 denti diſcretionem, ut ſi voluntate meâ poſſeſſione me privarem, v.  
 g. in commodato, tum contra tertium non R. V. ſed ſolum actio  
 perſonalia contra commodatarium daretur, J. Lub. l. 3. T. 2. art. 1.  
 verum ſi neceſſitate coactus poſſeſſionem rei meæ v. g. pannum Sar-  
 6 tori, conceſſero ; & hic pannum alienaverit, tunc demum R. V. da-  
 ri debeat vid. Jus. Lub. l. 3. T. 8. art. 17. Quare Mev. ad J. Lub. l. 3.  
 T. 2. art. 2. It. art. 1. n. 23. verba : Ein jeder ſebe wol zu / wem er  
 das Seinige auslehne und vertraue / ita illuſtrat : Commodantis  
 indemnitas non leditur, quæ vigilantia paranda eſt, cum damnum  
 non ſentiat, quod ea negligentia incidit, dum beneficium in eum con-  
 fert de cujus fide certus non erat. add. Grot. l. 2. c. 17. §. 18. Item l. 1.  
 §. 3. §. 3. n. 3. in fin.

### CONCLUSIO III.

Curioſus eſſe debet Deponens, quomodo vel proprias ouret is  
 apud quem ſua deponere vult.

1<sup>o</sup> Deponenti parum cautum jure videtur, cum depolitarii deſidia  
 ac negligentia nomine non teneatur, §. 3. l. quib. mod. re con-  
 strah.



*rrah. obl.* sed solum de dolo &, quæ simillima est, juxta l. 226. ff. d. V. S. latâ culpâ l. 5. §. 2. ff. *Commod.* l. 23. ff. d. R. I. l. 32. ff. *Depos.* Verum latæ culpæ nomine non venit tantum maxima negligentia, sed quoties quis minorem curam adhibet rebus alienis, quam propriis l. 32. ff. *Depos.* Conf. Hillig. ad *Donell. Lib. 16. c. 7. lit. L.* Brunn. ad l. 1. C. *Depos.* n. 3. Mev. ad *J. Lub.* l. 3. T. 3. art. 1. n. 6. Unde, & qui magnam adhibet rebus depositis diligentiam, tamen latam culpam committit, si in suis rebus diligentior sit. l. 32. ff. *Depos.* *ibiq.* Brunn. n. 6. It. ad *Inst. Ex.* 17. Tit. 15. §. 3. Poterit E. deponens curiositate sedula id supplere & consequi, ut in deposito quoq; summa sibi diligentia præstetur, nimirum si ei rem committat, qui in suis summè diligens est; adeoque in id curiose inquirat. Atque id est, quod dicitur in §. 3. *J. quib. mod. re contrah. obl.* & l. 1. §. 5. ff. n. *Obl. & Act.* Qui parum diligenti amico rem suam custodiendam tradit, non ei, sed suæ facilitati, ( addimus & incuriositati. *Mantic. d. Tac. & Ambig. conf. L. 10. T. 9. n. 3.* ) id imputare debet, is verò qui parum diligenter custoditam rem furto amisit, securus erit.

## CONCL. IV.

*Curiosus esse debet Creditor, an Pignus debitoris sit, & num Hypotheca jamdum aliis supposita.*

**P**udet sæpè alienæ occultæ malitiæ diffidere, & speratur, *Viros inter bonos adhuc*, sicut olim apud Romanos, ex formula chirographi, quam ex Briffon, d. *Formul. lib. 6. fol. 600.* Exhibet, Dn. Stryk. *Cautel. S. 2. c. 8. §. 63. bene agier*, hinc fit ut dum facile credimus & facile decipiamur. Enim verò, nequitia debitorum præsertim eorum qui opulentos se gerere solent, quò majora nomina conficere valeant l. 43. §. 3. d. *Furi.* adeò excrevit, ut non erubescant, res alienas pignoris loco tradere, quod crimen Stellionatus est. Dn. Simon. d. *Delict. Lunom. th. 9. n. 3. Colleg. Argentor. ad Tit. ff. d. Stellion. n. 2.* vel etiam in ipso Instrumento pignora sua esse falso Jurare. l. 4. ff. d. *Stellion.* Idque Jenæ expertus sum: Commodaverat Studiosus quidam ab amicis varios multosque libros ac eos civibus urbicis, mutua sumtè pecuniâ, pignoris loco dederat, tum ad patrios penates abiit, relicta tamen in-  
F
mensa

mansa Musci scheda, in qua indicaverat possessorem pignorum: Studiosi ex l. 9. ff. d. d. R. V. l. 2. C. si un. ex plur. hered. l. 8. ff. Commod. libros suos vindicabant, & Academicus Senatus creditores, licet reluctantes, ad debitorem, qui loco cesserat, remittebat: Sed nec novum est hypothecam pluribus supponi, de qua Mantic. d. Tac. & Amb. Comp. l. 17. Tit. 22. p. r. quo maxime decipiuntur posteriores, qui non nisi demisso priore pignus persequi possunt. l. 2. l. 8. l. 9. d. 1. ff. qui potior. in pign. l. 14. & 15. C. d. pign. Mev. ad J. Lub. l. 3. T. l. art. 3. num. 13. Dn Struv. Ex. 44. th. 75. Inde, juxta dicterium Horatianum, Occupat extremum scabies, is, qui pignus accipit, aut decipietur, aut valde curiosus sit oportet, num res aliena, aut alii obligata fuerit.

## CONCLUSIO V.

*Curiosus esse debet Chirographum vel Quietantiam dans, in his intra fatalia repetendis, cum numeratio non facta fuerit.*

- \* **F**aciliores nos reddere solet egestatis necessitas spe numerationis faciendæ præcipitanter debitores nos profitendi Coler. Proccess. Exec. P. 1. c. 10. num. 229. & 236. & beneficio non numeratæ pecuniæ juratò renunciandi. l. 15. C. d. non numer. pec. Dn. Stryk. Caurel. S. 2. c. 6. §. 3. Cum verò ex hoc instrumento & confessione propria creditor putativus fundatam intentionem. Bachov. ad Tr. Vol. 1. Disp. 20. thes. 2. lit. B. præsumtionem dati mutui nanciscatur. Bernh. Sutholt. Disp. 14. thes. 68. Jo. à Sand. Decis. Fris. l. 1. Tit. 8. Dec. 3. Nic. de Pass. de Priv. Script. c. 1. qv. 3. exceptio vero implemendi non secuti facti sit, & probari debeat, id verò perquam difficile sit, l. 1. C. d. Probat. Mev. P. 2. Dec. 242. n. 6. hinc consequitur creditor ipsò debitoris facto invitam licentiam divexandi, non numerandi & ita defraudandi debitorem, Jo. Zanger. d. Except. P. 3. cap. 14. num. 71. Equidem huic parum curiose oscitantia debitorum, cum ferè necessitate adacti instrumentum prærogare soleant. l. 1. l. 7. C. d. non numer. per ibique Sichard. num. 3. Fab. ad C. l. 4. T. 22. def. 1. numi 1. jus ipsum succurrit, data exceptione doli, vel non numeratæ pecuniæ, nisi creditor probaverit numerationem, vere factum l. 3. C. d. non numer. pec. l. 17. C. ad Sct. Vell. l. 2. vers. si

nunc ut adseveras inanem extorsit cautionem C. si pigv. conv. num. p. 3  
 sec. non fuer. Carpz. l. 2. T. 3. R. 89. num. 3. At verò si adeò incurio-  
 sus sit debitor, ut nec hoc beneficio legis utatur intra biennium, non  
 amplius jura tolerant ipsius rusticanam incuriositatem, nec amplius  
 an verè numeratum, sed an ita scriptum, quari volunt; Jo. Strauch.  
 Disp. 14. th. 22. Struv. Jpr. l. 3. T. 16. §. 6. Freyer. de Solut. c. 17. num. 16. 6  
 hoc effectu, ut tamdiu pro vero debitore habeatur, quo difficili &  
 planè desperato processu; censente Practicorum Antesignano Carpz.  
 P. 1. Const. 32. d. 66. num. 16. cum testes rarò adsint, debitor quoq; non  
 ipse contra scripturam propriam jurare, Dn. Stryk, *Introd. ad Prax.*  
 cap. 20. §. 12. nec creditori juramentum vel positiones deferre pos-  
 sit, l. 14. §. 3. C. d. non num. pec. ibique Brunm. num. 15. numeratio-  
 nem non fuisse factam, (quod onus ante elapsam biennium credi-  
 toris erat) probaverit. Jo. à Sande L. 1. T. 8. Der. 3. Coler. de Pro- 7  
 ces. Exerc. P. 1. c. 10. num. 253. Eab. ad Cod. l. c. num. 6. Porrò hu-  
 mani creditores sæpè blanditiis quà contentione malunt solutio-  
 nem exigere, ideoque solent ad numerationem eliciendam, apo- 8  
 cham prærogare, Zanger. d. *Except. P. 3. c. 14. num. 27.* hanc verò  
 si intra 30. dies ex incuria non revocaverint; Leges illorum scordi-  
 diam & Incuriositatem adeò adversantur, ut elapso hoc fatali, eos  
 non amplius audiri velint. l. 14. §. 1. & 2. C. d. non num. pec. Freyer. d.  
 Solut. c. 17. membr. 1. num. 38. Sichard. ad l. 14. C. cit. num. 5. Carpz. P.  
 2. C. 29. d. 19. num. 9. etfi, quod nobis mirandi, Fabro verò dissentien- 9  
 di occasione dedit, ad Cod. l. 4. T. 22. def. 7. num. 4. ipse creditor  
 onus probandi, non esse solum, in se recipere velit. Dn. Struv.  
 Exerc. 16. thes. 55. Lang. l. c. num. 37. Carpz. l. 2. R. 90. num. 12. ratio- 10  
 nem hujus exhibet Brunm. ad l. 14. C. d. non num. pec. num. 13. Hinc  
 quia contra communia juris principia, cum aliæ exceptiones, ut spe-  
 cies defensionis perpetuo competant. l. 5. §. 6. ff. d. Dol. mal. Strauch.  
 Dec. 14. thes. 21. Imperatori placuit, etiam olim concessum quin-  
 quennium. §. un. J. d. lit. obl. adhuc magis coarctare, & ad bien-  
 nium reducere, l. 14. §. 1. C. d. non num. pec. ipsa legum ratio l. 6.  
 §. 1. d. V. S. & id quod quod proximum & consequens est legi. Per- 11  
 Ill. Dn. de Rhez. Inst. J. Pabl. l. 1. T. 1. §. 44. abunde produunt, le-  
 ges curiosam actionum suarum perquisitionem imposuisse nego-  
 tiaturis.

Disputatio Solennis Juridica,  
**CONCLUSIO VI.**

*Curiosus esse debet is, cui Fidejussoribus cavetur, an idoneus sint quos sistit.*

- 1 **P**rudenter egisse cum LL. dicunt, qui consilio sagaci fidem debitoris perscrutatus autè fuerit, quàm negotium quoddam cum eo suscipiat, quo si vacillans ei visa, fidejussorum fidem apud creditorem interponi, curare possit, l. 1. §. 8. ff. de Obligat. & act. pr. 2  
 3 *f. de Fidejussor.* Verum nec hoc planè creditorem securum reddit, licet proximus gradus indemnitàtis sit; Enim verò, pro alio fidejubere, satis arguit debitoris fidem esse suspectam Creditori. *Mev. ad f. Lub. l. 3. T. 5. art. 5. num. 30.* jam verò pro eo, cujus facultates suspectæ, in subsidium se obligareres periculi plena est, & ob aggregationem facultatum propriarum. l. 27. §. 2. ff. de Fidejuss. incedit is fidejussor per ignes, suppositos cineri doloso, *Coler. d. Proc. Exerc. P. 1. c. 6. num. 25. & 133.* Ita, cum præsciat non alio fine suscipi ejus fidem, quam ut luat ab alio acceptum. *Mev. Disc. lev. inop. debit. c. 4. sect. 14. num. 1.* non præsumendum, aliquem qui facultatibus nondum lapsus est, facile pro altero se expromissorem indemnitàtis, subornari passurum taceo collusiones frequentes intercedere inter debitorem & fidejussorem. Quare ne ipse Creditor sibi incuria sua nocumento sit, verba sunt. *Dn. Stryk. d. Civil. Nociv. c. 5. §. 45.* curiosè inquirat, an fidejussor quem sistit debitor, tam ex facultatibus, quàm ex conveniendi facilitate idoneus sit. l. 2. & 7. ff. qui satisd. cogunt. *Mev. P. 8. Dec. 182. num. 3.* cum is qui ab initio pauperiorem accepit, eum repudiare nequeat. *Dn. Struy. Exerc. 47. thes. 37.* sed idoneum esse, ipso assumptionis facto comprobaverit, l. 3. ff. de Fidejuss. ne per singula momenta oneretur is à quo satis petitur, sed suæ facilitati creditor potius expensum feret si fortè dicatur egenos fuisse fidejussores datos, per eleg. textum l. 3. §. 3. ff. ut in poss. legator. add. *Bachov. ad Tr. Vol. 2. D. 28. thes. 2. lit. F.*

**CONCLUSIO VII.**

*Curiosus esse debet ipse Fidejussor, quomodo res proprias curet debitor, & num sit dilapidator.*

Cum

Cum misera & lugubris fidejussorum conditio sit, ex mente sapientissimi, qui fuit & erit sub Sole, Salomonis *Eccles. XXIX. 20. 21. Proverb. XI. 15.* ac Thaleti Milefii proverbium: Sponde, noxa praesto est. vid. *Eraſm. in Adag. Cent. 6. Adag. 97.* nobisq; Germanis solenne esse: *Bürger muß man würgen* / multi experientia tristi edocti sint. *Mev. Diss. Lev. inop. deb. c. 4. sect. 14. num. 1.* adeo ut multae familiae nobiles ad incitas redactae ob nimias majorum fidejussiones, inter se compromiserint ne ulli licentia sit fidejuberere, ut testatur, *Stryk. Cautel. Contr. S. 2. c. 6. §. 31.* hinc fuere, qui fidejuber stultum, ut *Francisc. Petrarcha l. 2. c. 14.* alii temerarium, & dilapidationis speciem dixerint. *Gail. l. 2. Obs. 83. n. 15. Oldendorp. Class. 4. act. 26. remed. 6. num. 2.* Et quælo nonne ita est, video creditori fidem debitoris esse suspectam, & ego nihilominus apertis oculis hallucinari volo, scio fidem meam non alio fine interponi, quam ut luam ab alio acceptum, uti *Mev. concl. 6.* loquitur, nec tamen creditoris cauta prudentia me afficit? Certè, hanc fidejussorum obcaecatam facilitatem & imprudentiam, altius reputans magni nominis *Practicus Carpzov. Part. 2. Dec. 196. num. 9.* non potuit quin omnibus hocce prudentiae monitum commendaret, in actu fidejussionis inprimis cautè & curiosè procedere, perquirendo an debitoris facultates, uti facto suo creditor prodit, aliis forsas suspectae videantur cum fama, imò opinio, quam de alterius bonis concepimus, fallere possit. *§. 3. ff. qui ex quib. caus. l. 10. ff. qui & à quib. manumiss.* Causa verò quæ Fidejussores adeo securos reddit hæc est, quod sibi persuadeant, curiositatem non proficuam sed inane esse, curiosam indagine conditionem debitoris, antequam pro eo intercedat, rimari, ideo quod fidejussori tot beneficia è nexu se liberandi suggerant jura, si ex post facto viderit de suo lusum fuisse corio, quorum numero non postremum est, *l. 38. §. 1. ff. Mandat. l. 10. C. eod. nec non ex l. Si contendar. 28. ff. de Fidejussor. vid. Stryk. Cautel. S. 2. c. 6. §. 30. Mantic. d. Tac. & Amb. conv. L. 16. T. 22. per tot. inprimis num. 8. Carpzov. in Process. Tit. 20. art. 4. Mev. l. c. num. 7.* ejus Practicam magis Glossæ quam textui originem debere putat *Covarruv. Var. Resolut. L. 2. c. 18. n. 3. Zanger. de Except. P. 3. c. 26. n. 194.* Ast sciant prædicta beneficia nec fidejussorem planè ab-

solvere, nec indistincte ei prodesse uti prius, si interposuit se pro eo, qui jam tempore fidejussionis bona sua prodigere inceperat, Brunn. ad l. 10. C. Mandat. n. 2. & hujus dilapidationis vel ignarus, vel conscius, arg. l. 5. ff. in fin. de Reb. cred. nihilominus fidejussit Gail. l. 2. Obs. 29. num. 9. Brunn. ad Inst. Ex. 19. Tit. 21. §. 6. Sichard. ad l. 10. C. Mand. n. 8. & 9. quamvis facile concedam, de ignaro quod dictum est procedere, si post fidejussionem, id quod vix delatoria curiositas indagare potuerit, demum lapsus facultatis fuerit. Gail. l. c. n. 8. Hering. d. Fidejuss. c. 25. n. 35. Carpz. P. 2. c. 19. def. 12. n. 8.

### CONCLUSIO VIII.

*Curiosus esse debet Cessionarius, an nomen cessum præter veritatem etiam bonum sit.*

**C**essione nominis, cum hoc ævo debitores solutionis & liberationis causa frequentissime utantur, teste Mev. Disc. Lev. c. 7. n. 16. Dn. Struv. Ex. 47. th. 65. ratio tractationis svadet, & de hac, quam vexatissimam materiam dicit Brunn. Cent. 2. Dec. 50. n. 4. sollicitum & curiosum esse. Tenetur verò cedens, cedenti nomen non bonum, i. e. debitorem esse locupletem, sed solum verum i. e. esse exigibile *eine geständige Schuld* / præstare, ob textum l. 7. ff. d. hered. vend. l. 74. §. 3. ff. d. Evict. Mev. P. 1. Dec. 92. n. 2. Lentz. d. Cess. Nomin. c. 27. n. 28. Fab. ad C. l. 4. T. 29. def. 25. n. 8. Imò licet cedens, evictionem nominis cessi, promiserit, er wolle ihm die Schuld gewehren / tamen juxta naturam actus ita interpretandam esse sustinuit, Dn. D. Loper. d. Verb. General. c. 2. n. 14. autoritate Berlich. P. 2. Dec. 297. Hahn. ad Wes. d. r. Evict. n. 10. ut non bonitatem sed veritatem saltem promississe censendus: quia evictionis præstatio solum pertinet ad veritatem debiti. Mev. Disc. Lev. Inop. deb. c. 7. n. 44. Brunn. l. c. n. 5. Dn. Stryk. Cautel. S. 4. c. 2. §. 6. Brunn. ad l. 4. ff. d. hered. vend. n. 4. Subjicit interim *κρίσιον* suam elegantissime Dn. Struv. Ex. 27. th. 23. verbis seqq. Imputatur cessionario, quod nomen ut idoneum accipiendo approbaverit, ac in conditionem cessi debitoris non diligentius inquisiverit, cum in contrahentibus LEGES CURIOSITATEM QVAODOQUE DESIDERENT. conf. l. 3. ff. d. Fidejuss. l. 1. §. 11. ff. d. separar. Lentz. d. Nom. Cess. c. 27. n. 20. Dehinc posito,

posito, speciali conventionione id quod indulget. *l. 4. ff. d. hered. vend.* bonitatem sibi reservasse cessionarium, tamen nihilominus fallitur si vigilacem se non exhibeat; Etenim promissionem idonei debitoris cessi, solum restringit Jurisprudencia ad tempus cessionis, ob *l. 96. §. 2. ff. de Solut. Mev. P. 1. Dec. 93. p. 1.* ita ut si postea non solvendo fiat, hoc periculo cessionarii sit. *Carpz. P. 2. cap. 34. def. 26.* Brunn. *ad l. 4. ff. d. hered. vend. num. 1.* licet expresse evictionem, fortiori jure promiserit. *Berlich. P. 2. Dec. 29. num. 14. Richt. Dec. 36. num. 25.* Quare cum ignorantia cessionarii debitorem cessum non esse solvendo vitiosa hic sit, *Dn. Struv. Exerc. 23. thes. 78. Lauterb. ad ff. d. hered. vend. fol. 257. lit. J.* nec quicquam opituletur. *Lentz l. c. num. 20.* curiosa exquisitiope conditionem debitoris cediendi sibi per notam reddet. Denique si nomen in & post tempus cessionis bonum repertum fuerit, cessionarius verò ex dissoluta negligentia cum posset, non exigat, nec etiam curiose debitum custodiat, ita ut ob decoctionem bonorum, vel ob simile malum triste, nomen periclitetur, sibi hoc cessionarius imputet, cum nosse debuisset, bona nomina nisi exigantur mala fieri, juxta illud *Alpei fœneratoris* apud *Columellam.* vid. *Hering. d. Fidejuss. c. 20. §. 15. n. 3.* *Coler. Proc. Exec. P. 1. c. 10. num. 358.* quotiescunque verò vigilando suum potuit consequi, negligendo desinit omissum a cedente posse petere. *Mev. Layam. Debitor. c. 7. num. 49. § 51.*

## CONCLUSIO IX.

*Curiosus esse debet Emtor, quid & a quo emat.*

**M**ercaturam sagacitatem quandam afferre, *Dn. Stryk. de Jure Reservat. c. 1. num. 48.* ac atatem hanc à mercatoribus cautiora & intentiora postulare ut provide inquirent, cum quibus contrahant, in quos fidem locent, quas res & quo pretio emant, legaliter judicat, *Pomeraniæ nostræ alter Papinianus, Mev. Lev. Inop. Deb. c. 1. num. 6.* Enimverò, si ematur à persona ignota, & postea res quasi furtivæ, vel non propriæ venditoris, vindicentur, non solum incidit in damnum. *l. 23. C. de Rei vindic. utpote cum absque pretio restituendæ P. H. D. art. 207. § 208. l. 3. C. ibid. Carpz. P. 1. c. 28. def. 19. n. 6. Franzk. Var. Resol. L. 2. Ref. 9. num. 100.* sed etiam in crim-

criminis suspensionem, per l. 2. C. de Furt. scilicet, si quis à milite vi-  
liori pretio. Brunen. ad l. 2. C. de Furt. n. 6. vasa argentea ab alias  
pauperiore, Finkelt. Obs. 56. n. 10. vel etiam vasa argentea igne con-  
glutinata ne pristinam prodant formam, ab alio emat, nisi curiose  
inquisiverit in conditionem ejus, cum quo contrahit, l. 19. ff. de R. J.  
item, unde vel à quo res promercales acceperit, si forte ita compa-  
5 rata, ut quilibet furti suspensionem exinde facile caperet. Nec re-  
fert in publico foro emtum fuisse, imo ne quidem in nudinis univer-  
6 salibus Brunnem. l. c. n. 3. Dn. Struv. Ex. 11. th. 37. Sichard. ad l. 2. C.  
de Furt. n. 4. cum facere regegente Menoch. de Prasunt. L. 5. Pres.  
29. n. 24. Tutæ solum sint nudinæ, quoad accessum, non vero in  
7 eo privilegiatæ, ut mercator non debeat cautè negotiari. Curate  
igitur cautius & magis curiose negotiari, ne non tantum in damna  
hujusmodi, sed etiam in criminis suspensionem incidatis, verba sunt.  
l. 2. C. de Furt.

## CONCLUSIO X.

*Curiosus esse debet Emtor, ne in pretio rei emendæ decipiatur,  
cum hanc circumventionem permittant jura.*

- 1 **J**uris tratatitii est: In pretio emtionis venditionis naturaliter,  
(quam vocem variè explicant, Gvilh. Grot. c. 7. § 4. Carpz. Prax.  
Crim. P. 1. qv. 2. n. 27.) contrahentibus licere [ & hanc, Hug. Grot.  
l. 2. c. 12. §. 26. n. 1. Mantic. d. Tac. & amb. conv. l. 4. T. 20. n. 57. )  
se circumvenire, juxta famosam, l. 16. §. 4. ff. de Minor. Cui Respon-  
2 det. l. 22. ff. Locat. cond. Naturaliter concessum esse quod pluris sit  
3 minoris emere, quod minoris sit pluris vendere, & ita invicem se cir-  
cumscribere, ex hac, quam l. 8. C. de Rescind. vend. suggerit ratione,  
quod emtor viliorè comparandi, venditor cariorè distrahendi votum  
gerentes, ad hunc contractum accedant, ita ut læsio ad dimidium justii  
4 pretii subsistat. l. 2. C. de Rescind. vend. Struv. Exerc. 23. thes. 19.  
modò deceptio negotiatiæ. vid. Disputatio D. Retberg. d. Circum-  
script. Negotiatiæ. §. 26. & ἐμπροσώς, Nov. 97. c. 1. ibique Go-  
thofred. lit. E. non etiam ex fallendi, proposito, fraudulenter susci-  
piatur. l. 43. §. 2. vers. fallendi causa. ff. d. contrah. Emt. l. 13. §. 4.  
vers. dolo feceris. ff. de Act. Emt. Gail. l. 2. Obs. 2. n. 6. Sichart. ad



l. 2. C. d. rescind. vend. num. 4. Carpz. P. 2. C. 34. def. 9. num. 2. cum  
 multum interfit, utrumquis consilio decipiatur, an re ipsa, & eventu.  
 §. 3. 7. quib. ex caus. manumitt. l. 10. ff. qui & a quib. actionesque hu-  
 manas propositum & voluntas discernat. l. 53. ff. de Furt. Hoc in-  
 terim non prætereundum, fuisse, inter quos Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th.  
 9. l. B. Pinell. ad d. l. P. 1. c. 1. n. 21. recensendi, qui L. 2. C. tit. Tyrannicam  
 dixerè, imò indignà putarunt, ut inter Sacratas Leges conspiceretur, dum  
 non solum Legibus Divinis, Levit. XXV. 14. l. Theff. IV. 6. contraria es-  
 set, sed & fenestras aperiret ad decipiendum & defraudandum impune;  
 doctrinam verò quæ fallendi artibus indulget, publico non prodesse, sed  
 hominem homini, civitatem civitati potius reddere infociabilem. Per-  
 ill. Dn. de Rhetz. Inst. 7. Publ. L. 1. T. 1. §. 59. Adhæc inverecundum esse,  
 Christianis ad dimidiam, Judæis verò ad sextam partem pretii justii se  
 circumscribere Legibus permitti, id quod Selden. de Jur. Nat. circa  
 Disc. Ebra. Lib. 6. c. 5. Christianis allinit, his verbis: Si Judæus Judæum  
 in Emtione venditione b. f. facta, sexta parte pretii fraudasset, sive Em-  
 tor sive venditor, id restituere debebat Gentilis verò hujus legis benefi-  
 cio non utebatur; Indeq; ita judicet Dn. Pufendorf. d. I. N. & G. l. 5. c. 3. §. 9.  
 Utut in exigui momenti negotiis Prætor non sit fatigandus, tamen cur  
 iste velit subsidium suum denegare ubi quis graviter, etsi infra dimi-  
 idium, fuerit læsus ratio non est, v. g. Si domum quæ 900. erat pro 600.  
 vendiderim, cur ad 300. recuperanda, omne nihil legis auxilium dene-  
 garet, cum ob longè minores summas actio detur. Equidem pro ju-  
 stitia d. l. 2. vindicanda, non allegamus (1) quod Mev. p. 2. D. 223. con-  
 tra receptiorem sententiam Dd. ut Lauterb. ad tic. ff. de Resc. vend. vers.  
 terminus, lit. C. Brunn. ad l. 2. C. de Resc. vend. n. 1. Bachov. ad Tr. l. 2.  
 th. 9. Brunn. ad l. 4. ff. de R. V. n. 3. Carpz. p. 2. C. 34. def. 1. 4. 6. 8. & 9.  
 casum juxta Gloss. ad h. l. Ita formet: Emo domum valentem 100. pro  
 160. ibi quia justum pretium est 100. dedi autem plus dimidio veri pre-  
 tii, additis 60. non 50. audiendus sum. vid. Sichard. ad l. 2. C. h. num. 3.  
 Barbof. ad eund. n. 109. Gutierrez. pract. Quæst. Lib. 2. qv. 133. Sed (2)  
 Nemini injuriam facere qui jure suo utitur, & de suo, non alieno  
 pro lubitu disponit. (3) Animum fraudulentum ex proposito  
 alios circumveniendi, id quod præsupponit Lex Divina, planè remo-  
 vemus; l. 43. §. 1. d. Contr. emt. l. 7. §. 1. d. Dol. mal. Dn. Stryk. Caur.  
 Sect. 1. cap. 1. §. 10. & sic Scripturam Legi nostræ non solum non adver-  
 sari,

fari, sed & ipsos Canones assentiri in aperto est. vid. c. 6. X. d. Em. vend.  
 12 Carpz. lib. 5. R. 53. n. 4. (4) Et si pecunia aurea argenteaq; valor certa  
 sit (nam arati nummi ut pessudent temp. puri verò erigant, vel e-  
 xemplo Gallia apud Thuan. lib. 36. & Anglia, ap. Cambden. part. 1. f. 6.  
 discitur, rerum tamen incertus, Brunn. ad l. 63. ff. ad L. Falcid. n. 4. Dn.  
 13 Stryk. de Sal. publ. c. 4. n. 30. pretiaq; non secundum aestimationem va-  
 loris interni ponderantur, sed accidunt rebus extrinsecè h. e. æltiman-  
 tur raritate & frequentia. Grot. l. 2. c. 12. §. 14. n. 1. & 2. Pufend. Elem. Jpr.  
 l. 1. def. 10. §. 1. Mantic. l. c. n. 5. adeò ut mus CC. denariis olim venierit,  
 Plin. Histor. lib. 8. c. 57 caput alini X. aureis Liv. lib. 2. c. 47 2 Reg. VI. 25.  
 Cum itaq; Reip. interfit quoq; precia definiri per aliquod ἀντιπροσώπου  
 καὶ ἀναλογίαν Dn. Struv. Ex. 1. th. 26. Mantic. d. Tac. & Amb. l. 4. r. 20. n.  
 14 §. 74. 39. Brunn. l. c. n. 5. hinc ad lites abbreviandas, uti tempus in usu-  
 capione, l. 1. ff. de Usuc. ita læsionem in precio definiri & ad medietatem  
 redigi placuit, eò magis cum hæc sententia l. 2. ff. de po. l. 47. ff. d. Evid.  
 l. 36. ff. d. V. O. l. 54. ff. d. Contrab. Em. l. 6. §. 2. l. 12. §. 1. ff. d. Jur. Dor. l. 38. fa-  
 15 mil. heretic. jamdum originem debeat, emtor quoq; facillimo negotio  
 damnun hocce emergens, qvò incuria contrahentium imputandum  
 esse dicit, Oldend. Class. 4. arr. 1. fol. 251. Carpz. l. 5. R. 53. n. 51. evitaturus sit,  
 si curiose in adæquatam συµµερίαν rerum promercalium & pretii in-  
 qvili verit, & firmissime crediderit tacite inter contrahentes fuisse con-  
 ventum, ut qvi non aperit oculos, aperiat loculos. Pufend. d. J. N. & G.  
 l. 5. c. 3. §. 10.

## CONCLUSIO XI.

Curiosus esse debet Emtor, ne in vitis manifestis rei vendenda a-  
 pertis oculis hallucinetur.

1 Circa bonitatem rei emendæ, non eandem quam in iusto valore  
 2 statuendo. de qvo concl. 15. requiri Curiositatem, multis inde per-  
 3 svafum esse posset, qvòd facilius ex Edicto / Edilitio deceptis succurratur,  
 fallaciis vendentium occurratur, & emtoribus subveniatur l. 1. §. 2. ff. de  
 Edil. Edict. Oldend. Class. 4. arr. 2. arg. 1. nec quicquam interesse Ul-  
 pianus in d. l. 1. §. 2. addat, an emtor fallatur ignorantia venditoris an  
 calliditate Carpz. P. 2. C. 34. def. 15. n. 4. It. def. 16. n. 1. Nihilominus  
 3 tamen, curiositatem hæc in parte adeò ut alibi, si non magis, proficere  
 apparebit. Sic laudat venales qvi vult extrudere merces, imò teste Me-  
 roch. de Arbitr. Jud. Quest. cas. 382. n. 23. & 24. dolose exornantur,  
 & ut

*De Curiositate Legali Profectua.*

51

& ut emtores eo cupidius incendantur, vitia vel reticentur, l. 55. d. Edict. Edict. l. 15. §. 1. d. contrah. emt. Dn. Struv. Ex 27. th. 5. vel innoxia rei dicuntur. l. 43. ff. d. contrah. Emr. Imo quod magis, multa non ut prætentur, sed ut jactentur, & commendandæ rei causa dici, approbat. l. 19. §. 2. & 3. ff. d. Edict. Edict. l. 43. pr. ff. d. contrah. Emr. l. 37. ff. d. Dol. mal. Ni ergo oculatâ manu emat, apertis oculis fallitur, decipitur, defraudatur. Sunt verò Vitia rei promercalis, vel latentia vel manifesta; In illis quæ nec anxia curiositate indagari facile possunt, *welche mit menschlichen Sinnen nicht leicht können begriffen werden* juxta J. Lub. l. 3. T. 6. art. 15. locus est redhibitoria & quanti minoris Brunnem. ad l. 1. ff. d. Ed. Edict. n. 2. Carpz. P. 2. C. 34. def. 15. n. 2. Stryk. d. Jur. Sens. Disp. 1. c. 3. n. 41. In his, quæ cuivis sagaci emtori in sensus occurrunt v. g. si cæcus homo, vel cicatrices in capite habens, veniebat, l. 14. §. 10. ff. d. Edict. Ed. si domus præsentem emtore benè adificata dicatur. l. 34. ff. d. contrah. Emr. qvò & referunt, si porcus emtus morbidus *Finnicht* sit, quod periti ex inspectione palata deprehendere potuissent, Carpz. l. c. def. 16. n. 7. Frantzk. ad h. t. n. 56. si juxta Jus Lubec. pannus emtus, scissuras habeat, Jus Lub. l. 3. T. 6. art. 11. in his, inquam, locus redhibitioni non est. l. 1. §. 6. ff. de Edict. Edict. Mev. P. 4. Dec. 49. n. 1. cum ædilitium Edictum solum ad ea vitia pertineat, quæ quis ignoravit nec scire facile potuit. l. 14. §. 10. ff. eod. l. 55. ff. ibid. hic emtor verò, ex oscitantia & dissoluta ignorantia, ut loquitur l. 55. alleg. hallucinari voluit apertis oculis, verba sunt. Oldendorp. Class. 4. act. 4. practico. 3. fol. 209. Hinc cum vitia manifesta vel quicquid emtori audire utile, venditori necesse non sit exprimere Stryk. Cautel. S. 2. c. 8. §. 25. Grot. l. 2. c. 12. §. 9. n. 1. imò nec si contrarium rei jactandæ causa dixerit, in manifestis obligetur Dn. Struv. Ex. 27. th. 5. n. 3. Carpz. l. c. def. 16. n. 3. plus suis sensibus, quem venditoris verbis credat, ne sententiam Mevii olim deceptus experiatur, dicentis, ad J. Lub. l. 3. T. 6. art. 11. n. 11. Non danda emtori adversus venditorem actio, qui cogitare debuit, non excussum pannum rupturus posse esse lacerum, & tamen nec excusfit, nec pacto sibi cavit, sed fortunæ potius committere se voluit, dignus qui suam patiatur sortem.

**CONCLUSIO XII.**

*Curiosus esse debet rei cujusdam Conductor, ne ad dimidium justæ mercedis, quod permittit jus, circumscribatur.*

G 2

Loca-

- 1 **L**ocatio conductio cum proxima sit Emptioni venditioni *l. 2. ff. Locat.* iisdemque principiis consistat. *pr. ff. Locat. Grot. l. 2. c. 12. §. 18.* adeo ut Veteres veriti non sint promiscue juxta *l. 19. §. 20. ff. d. Ad. Empt. Vend.* vocabulis emti & locati uti. *Carpz. Lib. 5. R. 54. n. 7.* idem, quod
- 2 in *Concl. 15.* decisum manet. Etenim *l. 2. C. d. Refc. Vend.* quicquid reclamet, Anton Faber. *d. Error. pragm. p. 1. Decad. 8. Error. 8.* etiam in Locatione obtinere, Practicamque ejusdem & ei applicari, sine bile amplius est inter DD. *Bachov. ad Tr. Vol. 2. D. 2. th. 12. lit. A. Carpz. p. 2. c. 34. def. 10. Struv. Ex. 23. th. 92.* ita ut sicuti in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quod pluri sit minoris emere, quod minoris sit, pluri vendere, & ita se invicem circumferbere, ita in locationibus quoque & conductionibus juris sit, verba sunt, *JC. Pauli in l. 22. §. 3. Locat.* qui subjungit in *l. 23. ff. Locat. Cond.* Ideo prætèxtu minoris pensionis facta locatione, si nullus dolus adversari, nec etiam lapsio ultra dimidium probari possit, non rescindi locationem. vid. *Brunn. ad l. 22. cit. n. 1. Mantic. d. tac. & Amb. Conv. L. 5. t. 1. n. 1. Grot. lib. 2. c. 12. §. 12. n. 2.* Sit itaque cui decipi grave, indempnem manere sive, curiosus conductor, ne ex incuria, & neglectu adequatæ rei conducendæ mercedis, ad dimidium veri pretii inimicæ ei lege ad rem qf. bene gestam cachinum movente locatore defraudetur.

## CONCLUSIO XIII.

*Curiosus esse debet Socius, de diligentia & fide Socii, antequam cum eo ineat Societatem.*

- 1 **E**ssè magnetismum Politicum, ex jure sanguinis sympathetice resultantem, inter Gentes relatè consideratas. vid. *l. 3. d. Just. & Jur. & ad eund. Budæ. fol. 18. lit. D.* atque inde rudimenta altius reposita Societatis magnæ mundanæ iis celebratæ penes quos tam olim ut Ciceronem *d. Offic. Lib. 1. fol. 27.* Senecam *d. Beat. Vir. c. 31.* It. *Ep. 95.* quàm hodierna ætate, ut *Grotium §. 17. proleg. L. 1. c. 5. §. 2. n. 2. L. 2. c. 15. §. 12. L. 2. c. 20. §. 40. n. 1. L. 2. c. 25. §. 6. L. 2. c. 23. §. 8. n. 4. L. 2. c. 20. §. 44. n. 7.* summa stetit hujus studii ratio, repetenda esse, plus veri quam
- 2 famæ habet. Prætermisâ tamen hac Publica & Universalî, difficultas commerciorum unius industriam superans, ad rectius copiosiusque negotiationes exercendas. *Wesf. Tir. ff. Pro Soc. n. 2. Hector Felic. Tr. d. Societ. c. 17. n. 10.* reliquis privatis Societatibus occasionem hanc inveniendi, nobisque quâ circumspèctione & Curiositate, admonendi dedit. Fatetur verò ipse *Imp. Theod. in l. 2. C. quand. & quib. quart.*

*pars deb.* Naturale vitium esse negligi quod in communis peragitur, hancque incuriosam gestionem rei communis jus non corrigit, sed solum, ut vulgò creditur, mediam diligentiam à Socio, l. 72. §. 2. pro Soc. Carpzov. *Part. 2. C. 26. def. 12. n. 7.* Brunnem. *ad Inst. Ex. 21. Tit. 26. §. 9. D. Müller. d. Societ. Univ. th. 23.* ut verò rectius alii, ne hanc quidem, sed eandem saltem exigit, quam is in suis adhibet, licet in his parum diligens sit. §. 9. §. d. Societ. l. 72. ff. pro Soc. Conf. Brunnem. n. 2. Struv. *Ex. 19. th. 24.* Oldendorp. *Class. 4. act. 21. def. rei. n. 4.* Hunn. *Resol. lib. 3. Tr. 7. part. 3. qu. 3.* ex hac, quam ipsa Jpd. dat, ratione, quod is qui parum diligentem socium sibi adsumit, de se queri, sibi que hoc imputare debeat. §. 9. §. d. Soc. l. 72. ff. eod. Carpz. l. c. num. 9. Inde unumquemque admonitum vult Mevius *ad J. Lub. L. 3. T. 9. art. 5. n. 13. & 14.* ut circumspèctè & curiose versetur in eligendo socio.

## CONCLUS. XIV.

*Curiosus esse debet quilibet qui cum Mandatario contrahit, in probatione mandati, ne falso nuncio credat.*

**N**uncios factum esse reverà mittentis expediti quidem juris est. l. 1. §. 1. *vers. quam vel per nuncium.* ff. d. Procurat. l. 45. ff. Mandat. Oldend. *class. 4. art. 24. arg. 42. I. d. R. D. l. 56. ff. d. Solut. l. 4. C. d. Solut. ibique Brunn. n. 2. Carpz. P. 2. C. 28. d. 20. n. 1.* Olden. *class. 4. art. 24.* Verum cum sàpè nuncio & mandatario simulato ex nimia credulitate, quam averfatur. l. 1. §. 2. *vers. non debuisset facile credere* ff. de eo per quem fact. l. 1. *vers. nimia credulitate circumventus es.* C. de oblig. & act. fidem accomodemus, accidit credentes non facile, facilius decipi; Enim vero testis est, l. 52. §. 1. ff. d. Furr. quod apud Labeonem relatum fuerit, cum filiginario quis diceret, ut quisquis nomine ejus filiginem petiisset, ei daret, ex transeuntibus verò, qui audi visset, petiisse filiginem & accepisse ejus nomine. Et prudentiam! At, quid juris? Certè si falso nuncio debitor numeravit creditum Depositarius redidit depositum, commodatarius exhibuit commodatum, &c. nemo horum, nisi justa opinionis fortè causa fuerit, liberabitur; per l. all. 52. §. 1. ff. de Furr. vid. Lauterb. *Vol. 1. Disp. Tubing. de Nuncio. c. 9. th. 47. n. 1.* Gail. *lib. 1. O. 54. n. 4.* Mynsing. *Cent. 6. O. 10. n. 4.* Menoch. *d. Presumt. D. 2. pref. 24. n. 1.* Hillig. *ad Don. lib. 23. cap. 2. lit. D.* cum simplicis nuncii verbis non credere, sed commissionis probationem exigere, & in hoc curiosus esse debuisset. l. 13. ff. Depof. l. 62. ff. Mandat. Hering. *d. Fidejuss. c. 20. §. 27. n. 26.* Wesen. *Vol. 2. Confl. 100. n. 17.* Monet tamen Lauterb. *l. c. th. 49. n. 7.* curiositatem quan-

quandoque majorem, quandoq; minorem requiri, prout debitor latam, levem, vei levisimam culpam præstare debet; Sic depositarium, qui solum dolum & latam culpam præstat, facilius excusari, si falso nuncio crediderit, quam Commodatariū levisimam præstantem, qui curiosius inquirere debuisset, an verus an simulatus sit Nuncius. vid. omnino. Salicet. *ad l. 10. §. 1. ff. Commod. Anton. Thesaur. L. 1. qv. 62. n. 4.*

## Caput V.

De Curiositate Legali Proficua,  
intuitu actuum Judicialium.

## CONCLUSIO I.

*Curiosus esse debet Magistratus in occultis etiam  
criminibus scrutandis.*

**D**E occultis non judicare Ecclesiam. *c. 33. X. de Simon. nec ubi* accusator deficit, Judicem esse, *Wo kein Kläger/ da sey auch kein Richter. l. 6. §. 2. ff. de Muner. & honor. l. 4. §. 8. ff. de dam. infect.* magno justitiæ deliquio ad insulis Judicibus, applicari criminibus exempla loquuntur; Hæcque affectatâ incuria efficiunt, ut Respublica malis hominibus repleatur, nefanda crimina in illa regnent, scelerâque patrata, cum sine ultione sint, delinquentes animent & invitent ad paria, si non acerbiora audenda. Jo. Oldendorp. *Class. 7. introd. n. 1.* cum tamen & sciant & scire debeant, plurima crimina in occulto committi. *l. 1. ff. de Furt. §. 2. I. de Obl. que ex delict. nasc.* Dn. de Rehtz. *de Occult. c. 3. n. 10.* Farinac. *Prax. Crim. p. 6. qu. 168. n. 56.* & ideo non nisi prudenti exquisitioe. Carpz. *Prax. Crim. p. 3. qu. 103. n. 53.* Zanger. *de Quæstion. c. 1. n. 10.* & subtili perferutatione, ut *Nov. 72. c. 7.* loqui amat, indagari posse; E contrario Magistratum non magis quàm Pastorum justam excusationem esse, si lupus oves rapiat, (i. si bonos mali malis exemplis corrumpant) & Pastor dicat se nescire, egregiè judicante. B. Brunnem, *d. Procef. Inquist. c. 1. n. 12.* eo quod vigiles & vindices salutis publicæ constituti sint. *Mev. ad J. Lub. L. 2. T. 2. art. 21. n. 22.* Quare verbis *l. 13. ff. d. Offic. Præsidi.* concludo: Congruit bono & gravi Præsidi curare, ut pacata & quieta provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si sollicito agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat, nam & latrones, sacrilegos, plagiarios, & fures exquirere, & vi vocis omni curiositate quarere debet. jung. Ziegler. *Dicastice Concl. 47. §. 7.* Gvillh. Budæ. *ad l. 1. ff. d. quæst. sol. 332.*

CON-

## CONCLUSIO II.

*Curiosus esse debet Judex, in corpore delicti ejus quod confitetur  
Inquisitus inquirendo.*

**N**on minus tamen cautus quam curiosus in criminibus inquirendis Judex sit oportet; cum non magis reipub. æquitatisq; interfit puniri malos, quam temere inquietari bonos, & inquisitio tam sit in hos iniqua, & cum periculo famæ eorum conjuncta, quam iu illos justa. Igitur quamvis contra consistentem nullæ partes judicis sint quam condemnandi, l. 25. §. 2. ff. ad L. Aquil. tamen hæc confessio propria, quicquid in civilibus sollicitudini aliàs adhibendæ, judici demit, id certè in criminalibus subtili diligentia juxta l. 10. §. 5. ff. de Quest. & limatori curiositati suspiciendæ, addit. Dn. Stryk. de Jur. Sens. in Proöm. n. 46. Petr. Binsfeld. d. Confess. Malefic. membr. 2. concl. 7. dub. 3. fol. 331. Enim verò, non modò malefici id sæpè callidè agunt, ut falsa quoque fatendo & jactando, judicem deprehensâ deinde rei falsitate confundant, nec is confidere dictis eorum possit. Clar. s. fin. q. 55. n. 10. II. sed & horror, tormentum ante torturam. l. 6. vers. perire festinans ff. Appellat. cruciatus in tortura. l. 1. §. 23. ff. de Quest. metus reiterationis post torturam l. 1. §. 27. ff. eod. facile tædium vitæ, præsertim timido & teneriori, incutere potest. Tabor. Tr. d. Confront. ib. 27. Zanger. d. Quest. c. 5. n. 25. Brunn. ad l. 2. C. quom. appell. non recip. n. 6. Id. ad l. 1. ff. d. Quest. n. 7. Optimè ergò LL. dispositum est confessiones pro exploratis facinoribus non haberi debere, nisi de corpore delicti constet, i. e. tale quid, quod fatetur, verè esse commissum. l. 1. §. 17. ff. d. Quest. Carpz. Prax. Crim. P. 1. q. 16. n. 1. P. 3. q. 105. n. 1. Brunn. Process. Inquis. c. 7. n. 3. & 4. Sic testatur Ungepaup. d. Confess. cap. 1. concl. 1. lit. D. fuisse quem, qui inquisitus, palam professus, se veneno occidisse Mulierem, cum tamen Medici morte non violenta sed naturali peremtum, non solum affirmarent, sed & sectione ideo suscepta probarent. Idem ex actis ad Facultatem transmisiss, se observasse dicit Stryk. l. c. n. 50. nec non Brunn. Process. Inquis. c. 8. membr. 5. n. 27. & Carpz. P. 1. q. 16. n. 16. Hinc, cum & ipsa Constit. Crim. art. 54. & 60. toties quoties in hoc, curiosam diligentiam à Judicibus exigat, eò magis curabunt, ne suâ incuriositate sanguinis innocentia, quem hæc neglectâ sæpè profundi timet Brunmann. ad l. 1. ff. d. Quest. n. 6. seq. reos se faciant. add. Just. Oldekop. Tit. 4. Obs. 22.

## CONCL. III.

*Curiosus & subtilis esse debet investigator Clientis, qualitatum & fidei Advocati, cujus ope & consilio utitur.*

**M**ultum sanè Advocati industriad atq; dexteritatem conferre causæ obtinenda, ita & pendendæ conicere licet ex Mev. P. 6. Dec. 381. nec minus ex eo liquet, quod regulariter quicquid circa Processum negligit, v. g. si beneficio impagnativo vel probatorio, serò vel planè non utatur, domino principali hoc noceat Sigism. Scaec. d. Judic. lib. 2. c. 2. q. 33. n. 272. Carpz. P. 1. C. 1. def. 22 ibiq; præjudic. secund. It. in Process. Tit. 5. art. 7. n. 70. It. L. 3. Resp. 5. cum sibi imputare debeat Dominus, qui tam negligenti negotia sua commisit, ipsa verba sunt l. 23. in suæ ff. de Minor. l. 7. §. 2. ff. d. Inst. ali. Mev. P. 3. Dec. 29. n. 3. At sunt forte, qui contra stylum Judiciorum me locutum dicent, cum ex usu & ut loquuntur.

*Disputatio Solemnis Juridica.*

36

tur l. 10. c. d. *Procur.* more Judiciorum nonnullorum, vid. Bernh. Græv. *lib. 2. concl. 45. n. 7.* Mynsing. *Cent. 2. Obs. 2.* & ipsius Dicafterii nostri Pomeranici, juxta *H. D. T. 13. §. 14.* tum Restitutio in Integr. ex salutari Prætoris clausula: Si *q̄ba alia l. 26. §. 9. ff. ex q̄tib. causi.* tum & actio personalis contra Advocatum, Clientibus concedi soleat. *vid. §. 7. ad L. Aquil. Carpz. Process. Tit. 5. a. 7. n. 70.* ita ut hæc ratiōe superflua sit curiositas, multum de fide & dexteritate Advocati anxium esse. Verum Judex difficulter restituat Clientem, nisi ubi speciali sanctione pragmatica, ut in Pomerania, per *all. H. D. & Ordin. Tribun. VVismar. P. 2. c. 2. §. 3.* vid. *Mev. P. 3. Dec. 29. n. 5.* hoc indultum, priusquam Advocatum contulerit, Græv. *l. 2. Gail. l. 1. O. 39. n. 9.* Sichard. *ad l. 3. C. q̄som. & q̄van. Judex. sent. & alias juxta causa fuerit ut in l. fin. ff. de In int. rest.* Imo ponamus quoq; Clientem dignum, q̄vi beneficio extraordinario adjuvetur, haberi, tum sanè pars adversa extremum conatum adhibebit, in Judici persuadendo, se non ex negligentia Advocati alieni, sed ex justitia suæ causæ hoc vel illud obtinuisse, vid. Græv. *l. c. Oddo d. Rest. in Integr. q̄b. 69. alt. 4. n. 23.* Honded. *Vol. 1. Consil. 28. n. 42.* & hæc causa cur inter centum Clientes nec exituri sint decem, quibus negligentia & imperitia Advocati causa lapsis, salutare quicquam in hoc obtigerit.

CONCL. IV.

*Curiosus esse debet Notarius, & Scriba quilibet, in charta & atramenti usu.*

**O**rdinationem Notariorum Maximil. *de an. 1512.* miris modis curiositatem à Notariis, Instrumenta conscientibus desiderare, liquido constabit inspicienti *§. 6. ibid.* ubi de visu, auditu, gustu, olfactu, tactu, *It. §. 7. de surdi nutu capitis & axillorum Wincen der Achseln und des Hauptes* agitur, &c. Misis tamen bis ante omnia voluit ut curiose singulas paginas Notarii sive scribæ lustrent, ne qua rasio, macula, litura, nec *ὄπις ὄργαρον* *vid. l. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. repetiatur*, quibus fides instrumenti facile suspecta reddi potest. Dn. Stryk. *Cautel. Contr. Sect. 1. c. 6. §. 4. Bormit. d. Instrum. P. 2. l. 2. c. 25.* imprimis si vitia circa annum, diem, summam, quantitatem, contingat. *Ord. Not. §. 13. verb. verdächtigen Deten.* Menoch *d. Præsumt. l. 5. præf. 20. n. 10. seqq. Ricc. de Libr. Jur. apb. 52. folo 98.* Dein, & curiosi esse debent, ne charta diversorum signorum, Menoch *l. c. n. 40. seqq.* vel latitudinum sit. Nic. de Passer. *de Privat. Script. lib. 1. Q. 5. n. 3.* cum ex tali diversitate, & falsitas arguatur. Stryk. *l. c. §. 8.* Tandem cum atramenti & calami mutatio, dissimilitudinem litterarum, efficere possit. *vid. eleg. Nov. 23. in Præfari.* nec in his commutandis sint faciles, præsertim si præsumta varietas contingat circa annum & summam. *vid. Gravett. Consil. 134. n. 26. n. 29.* nisi curiosè antea similitudinem & atramenti & scriptionis excusseri nt.

Atque hic termini, hic portus esto, ne ad eam videar magnitudinem exstruere voluisse navim, ut regi neqveat. *Grot. l. 2. c. 22. & 13. n. 1.* eò magis, cum à præcepta tradente non omnia exhauriri possint, sed ex dictis ad similitudinem non dicta intelligenda sint. *Mantic. d. Conject. Ult. Volum. L. 12. c. 17. n. 41.* Tibi inter DEUS mi, pro ingenii viribus concessis, proque incomprehensibili manuum tuarum directione sunt lato & quicquid humanitas cepit gloriæ, in secula,

T A N T U M.

\*\*\* o \*\*\*



ULB Halle  
002 725 975

3



TA → OL

V517







B.I.G.

Farbkarte #13

1696, 56 54.  
52  
71

DISPUTATIO SOLEMNIS JURIDICA,  
*Occasione L. 3. §. 9. vers. Curiosus esse debet Creditor  
quo vertatur pecunia. ff. d. in rem verso.*

DE  
**CURIOSITATE  
LEGALI PROFICUA,**

QVAM,  
DEO ITA DISPONENTE,  
*Ex Autoritate Magnifici Jctor. Ordinis,*  
IN ILLUSTRIS HAC VIADRINA,

Dirigente  
**DN. HENRICO COCCEJO,**

JCTO CELEBERRIMO, SERENISS. atq; POTENTISSIMI  
ELECTORIS BRANDENB. CONSILIARIO, FACULTATIS  
JURIDICÆ ORDINARIO, & PROFESSORE PRIMARIO,

ANTEA, SUMMICONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI,  
& COLLEGII REVISORII ASSESSORE, IN ACADEMIA HEIDELBERG.  
DECRETAL. PAND. & JUR. GENT. PROF. P. ORD.

DOMINO & PATRONO SUO COLENDISSIMO,

PRO  
GRADU DOCTORALI,  
Anno 1696. D. Maji, horis Ante- & Pomeridianis,  
Publicæ Eruditorum Censuræ submittit & sistit  
**JOANN. ERNEST. de LETTOW.**

Francofurti ad Oderam, recusa An. 1710.

